

possunt. Corpus, atque exterior species ejuscumque adionis pluribus est obnoxia mutationibus; unde proficuntur varix penitentia exercitationes, cum antiqua, tum nova. Sed interior spiritus nondum mutari potuit; in eo quippe penitentia essentia consistit; cum externae exercitationes, atque asseritatis illius quidem effectus sint, non autem pars essentialis. Itaque sine hoc spiritu, qui in peccatorum dolore, constantique proposito non ulterius peccandi consistit, ipsam penitentiam Sacramentum omnino effectu careret, atque externa, quaecumque severitas inutilis esset.

Quid intelligenda pro contritione penitentia, quae est efficacia.

Ut clarior hucusque dicta explicentur; cum dicimus fidelem post Baptismi gratiam amissam Conventum reliquo vita suae spatio penitentiam agere debere, non ideo vult Ecclesia peccatorem convertendum damnare, ut assiduis maceretur jejuniis, atque asperimis afflicteret ciliis. Hanc quidem olim, & longe severiorem cum fructu disciplinam retinuit, nobisque esse curae illa deberet, ut hanc in nosmetipsos exerceremus severitatem, & pia Matris indulgentia non abuteremur: sed ultra cum constantia, atque fervore satisfactiones hujusmodi amplecteremur: verumtamen ea semper prodest, ut assidua sit nostra penitentia. Quid hoc rei est? Numquid praecipit, ut peccator conversus reliquos dies suos in jejiis, & actuali peccatorum suorum penitentia traducat? Haud ita sane; humana enim infirmitas statum hunc pati non potest, nihilque a nobis exigit Deus, quod supra vires nostras sit positum. Illud vero poscit Ecclesia, ut qui Dei iram promeruit legis ipsius perfractioe, reliquo vitae spatio fuit ingratitude, atque perfidia memoria habituali retineat, quae per intervalla aeternalem excitet dolorem. Ad hanc exigit, ut conversus peccator in omni vita suae ratione praesentat sanctum suimet ipsius odium, perfectam Divinis imperiis submissionem, vividamque pietatis fervorem; hi quippe virtutis verae penitentia sunt fructus.

Penitentia in eo, quo isthic accipimus sensu, cum quodammodo sit & Dei ad hominem, & hominis ad Deum conversio; orthodoxae veritatis est, opus utriusque requiri; Dei quidem per gratiam, hominis vero per consentium, liberamque divinae voluntati submissionem. Hac de causa in Scripturis sanctis nonnumquam peccator ad Deum confugit, & ab eo petit, ut convertatur: *converte me, & convertar*: Jerem. 31. Aliquando vero Deus ipse peccatorem accersit, & ab eo petit, ut convertatur; *Convertimini in toto corde vestro*: Joel 2. namque ad veram penitentiam requiritur, ut Deus peccatorem clementissimo dignetur obtutu, qui Dei reditus, & conversio erga nos appellatur, & peccator per vitae mutationem, sinceramque scelerum suorum penitentiam, clementi huic misericordiae obtutu respondet, quae peccatoris conversio vocatur. Hac autem in re animadvertendum est primo, in peccatoris penitentia, vel conversione semper Deum primum agere, ipsum nos praevertere, vocare, sollicitare, & interioribus gratis urgere: 2. Nobis vitio vertendum esse, nisi convertamur: numquam enim desunt nobis gratiae, quae ad id absolute necessariae sunt; quamvis adeo pertinaces adeoque iniquitatibus additi peccatores inveniantur, quibus nulla reliqua est ad conversionem via praeter orationis gratiam, nemini unquam negatam; per quam orare, & obtinere possunt gratias vehementiores, magisque immediatas, ut sese res ipsa convertant.

Quibus gradibus fit in Peccatore conversio.

In Tridentini Concilii Catechismo docemur per hos gradus ad veram perveniri penitentiam. 1. Dei misericordia peccatorem praeverit, ejusque cor movet. 2. Hoc lumine praeventus peccator interius per fidem accedit ad Deum: ut enim (quemadmodum docet Apostolus) accedamus ad eum primo credendum est Deum esse, & hunc esse iniquitatum se remuneratorem. 3. Cor nostrum incensit timor aeterni supplicii. 4. Spes Divinae misericordiae obtinendae consilium immittit vitae genus immutandi, postquam peccatorem laesi Numinis precaverit. 5. Denique veritate cor illius calefacientis filialis oritur timor, qui efficit, ut unice dolens, quod Deum ipsum vel in minima re offendit, prorsus peccati habitum abiciat, totisque immutetur.

Peccatoris conversio non parte Dei consistit.

Quaerunt Theologi, eamnam ex divinis perfectionibus peccatoris conversio accepta sit referenda? utrum hic effectus sit misericordiae, an sapientiae, an denique potentiae? Extra omnem dubitationis

aleam positum est, tria haec attributa aliquid operi huic conferre: verum, ut intelligamus, quoniam sit singulorum pars, tres distinguendi sunt actus, vel operationes Dei in gratiarum suarum distributione; videlicet decretum, directio, & executio. Dei bonitatis est decernere peccatoris conversionem: non enim gratiam hanc mereri possumus, neque Deum cogere, ut eandem nobis impertiat. Sapientia dirigit, adest, disponit, eligit occasiones, in quibus praeferat Deus futurum, ut Peccator suis sollicitationibus cedat. Hoc denique potentia exequitur, quandoquidem dici potest in hoc opere summam Dei potestatem impendi. *Hae mutatio dextere excelsi*, Psal. 76.

Cum dicimus Deum disponere occasiones convertendi peccatorem, ne putes opus esse, ut Deus quaeat, vel praestoletur occasiones, in quibus suas gratias conferat, & quae sint efficaces. Ipse a tempore non pendet, cumque sit supremus bonorum suorum dispensator, saepe etiam has gratias elargitur his in occasionibus, quae oppositae sunt finibus suis, iisque personis, quae isdem reluctantur. At tamen sapientiae, ac supernaturalis providentiae effectus est, haec subsidia, has gratias conferre iis in occasionibus, quae efficiunt, ut libentius accipiantur, peccatorem iis circumstantiis, iisque temporibus afficiendo, quibus ipsius voluntas minus a penitentia distat, & paratior est, ut sese divinae voluntati submittat.

Diximus jam, conversionem hanc in cordis penitentia consistere. Hanc autem, cordis penitentiam tunc habemus, cum sperantes nos Dei misericordiam, & peccatorum veniam assecutus ad ipsum ex toto corde convertimur, parata scelerum execramur, atque firmum, & constantem consilium suscipimus vitae rationem mutandi. Quoniam vero penitentiam hanc dolor, & tristitia concomitantur, quae agitatio quaedam est, & afflictio; immo quemadmodum a plerisque vocatur, passio a peccati horrore inseparabilis; inde profectum est, ut vulgo haec nomina confundantur: conversio peccatoris, laesi Numinis dolor, interior Spiritus, & cordis penitentia.

Dolor ob Dei laesam majestatem, quae prima, & praecipua est pars conversionis, necessario supernaturalis esse debet: cum enim peccati destructio, & animae ad Deum conversio, sint supernaturales effectus, signi non possunt, nisi per dolorem, qui & ipse supernaturalis sit. Opus est igitur Dei gratiam principium esse lacrymarum, quas penitens peccator effundit, & quae Numinis amilli dolor efficit, sunt enim, ut ait Tertullianus, pretium, quo iactura nostra reparatur. Quamvis autem alibi de penitentiae Sacramento locuti atulerimus ea, quae docent Theologi, de contritione, quae Sacramenti ejusdem pars est potissima; opera tamen pretium est animadvertere, hunc ipsum dolorem adeo necessarium pro penitentia, quatenus virtus est, habere debere easdem conditiones, easdemque qualitates. Hoc voluntarium est odium peccati ex Divi Thomae sententia; non igitur simplex est passio: odium est peccati, quo ad illud destruendum excitatur: non igitur simplex est cessatio, vel intermissio peccati; odium est cum dolore conjunctum, igitur verbo tenus odium est; sed cor ipsum pervadit: odium est, & detestatio peccati; non igitur rugitus est, qualem edidit Esau, neque cogitanda est vultus consternatio, qualis fuit Cain, neque simplex praeteritorum malorum memoria, qualis Antiochi: *Reminiscor malorum quae feci in Jerusalem*: 1. Mach. 6. Sed animae odium est, interior detestatio, compunctio, eandem vulnerans; cordis contritio, quae ejusdem mollit duritiam; atque voluntatis tristitia, quae eandem laetantis salutem operatur.

De laesi Numinis dolore penitentiam consequitur.

Quamvis peccatoris conversio vera, & sincera esse non possit citra amaritudinem, & peccatorum dolorem, qui, ut loquuntur Theologi, appetitive major sit doloribus quibus creatorum bonorum iactura non possit elidere; hoc tamen non obest, quominus conversio vera sit, & realis, licet summum hunc Conversionis apicem non attingit. Crebro etiam accidit, ut verum temporalium magis, quam spiritualium iactura nos mereat conficere: exempli gratia non desunt, qui nonnumquam magis dolent ob amici, vel filii interitum, quam propter peccata sua, quamquam vero horum dolore tangatur. Ideo hic dolor, & haec detestatio in voluntate esse debet, nec requiritur necessarius, ut sit in appetitu. Hoc ipsum de

lacrymis ex aequo dicendum est; quamvis enim in penitentia sint optandae, nihilque iustus, & aequus esse possit, easque Scripturae, & Patres commendat tamquam sensibilibus doloris notam, cum, ut loquitur Sanctus Augustinus, sint quodammodo sanguis vulnerati cordis per oculos tamquam proprios rivulos effusus; illa tamen si desint, nihilominus dolor peccatorum verus esse potest, atque sincerus.

Notae conversionis verae, verique doloris peccatorum.

Cum duplex tristitiae genus ab Apostolo distinguatur, quarum altera, quae secundum Deum appellatur, salutarem penitentiam producat: *Quae secundum Deum tristitia est, penitentiam in salutem stabilem operatur*. 2. Cor. 7. altera vero saeculi est, & producit mortem; *Saeculi autem tristitia mortem operatur*; illa, quae secundum Deum est, & oritur ex dolore divinae laesae majestatis, agnoscitur ex effectibus, quos producit, qui totidem sunt ejusdem veluti notae, quae paucis verbis Sanctus Bernardus collegit: *Operatur sollicitudinem, indignationem, timorem, desiderium, emulationem, vindictam*. Prima nota est, si haec tristitia, vel dolor ob Deum laesum nobis sollicitam injicit curam salutis nostrae; altera si in nobis contra nosmet ipsam excitat indignationem; tertia si nobis salutarem judiciorum Dei merum incutiat; quarta si efficacius illius amandi, ejusque inservidendi desiderium accendat; quinta si piam in nobis ciet emulationem ad eos imitandos, qui diligunt Deum, ejusque famulantur; sexta denique si nos impellat ad reparandas severa vindicta contumelias, quibus Deum ipsum offendimus. Haec nota sunt, hi characteres, ex quibus de penitentia, & conversionis nostrae sinceritate judicare debemus.

Peccatoris naturae.

Quaerit Sanctus Thomas, utrum penitentia sit virtus peculiaris, & ab alia quavis morali virtute distincta; atque affirmative concludit; seu quod Evangelium peculiare proponit hujus virtutis praecipuum a reliquis omnibus distinctum; seu quod in penitentiam occurrit peculiaris bonitatis, ac excellentiae ratio, per quam penitens in id unum incumbit, ut peccatum commissum destruat, quatenus peccatum hoc Deo inferat contumeliam: quod sane peculiarem continet causam ab aliis virtutibus procul diversam, & in qua penitentia cum nulla alia virtute concurrat. Addit autem laudatus Doctor, hanc eandem penitentiam quatenus virtutem esse iustitiae praecipuum; seu quod illius sit injuriam ulcisci contra Deum admissam, quae quidem ultio, uti liquet, actus est iustitiae propriae; seu quod per actus, & opera, quae dirigit, & ad quae impellit, Deo reddere conetur honorem, & cultum, qui eidem debetur, & quem peccatum praecedens illi eripuerat; quod quidem, & ipsum quidem est iustitiam alii illatam reparans. Verum quidem est iustitiam, quae in penitentia invenitur, nulla enim tale esse potest inter creaturam, & Creatorem, quemadmodum neque inter servum, & Dominum, inter Patrem, & Filium; ea nihilominus est quaedam species iustitiae. Haec est magis illius doctoris doctrina, quam nosse oportet, ut hac in re nihil absurdum dicatur.

Conversio integra esse debet.

Notandum est, quemadmodum fides, & charitas sunt indivisibiles, ita hunc quidem Religionis articulum credere, illum autem non item, idem sit ac prorsus fidei supernaturali, & divinae carere, quae lae ad omnia revelata objecta sese debet extendere, & unum quidem praecipuum observare, non aliud, quod aequo irrogatum est, idem est, ac penitus omnem exuere charitatem, cujus officia separari non possunt: eadem ratione de peccatorum penitentia, & conversione esse differendum; atque inferendum, quod unius lethalis nexu contra Deum paratæ, non autem alterius agere penitentiam, haec non est penitentia vera sincerisque dolor. Itaque Conversio nostra dividi nequaquam potest; eaque, integra esse debet, atque completi per omnium peccatorum dolorem, firmumque, & constantem propositum ea ulterius non perpetrandi.

In Peccatoris Conversione virtutum omnium coetus invenitur. Fides quidem interesse debet, ut credatur merces promissa aditantibus mundi vanitates, & voluptates, quibus divina lege sunt interdicitum; spes, ut confidamus in promissionibus Dei veniam polliciti peccatorum, quae cor contritum, & humilitatum detestatur; charitas, ut procul ex corde expellatur alius quilibet amor, quam Dei, cui per conversionem cor nostrum devotetur, *Hodary Bibl. Tom. 1.*

& consecratur; Fortitudo ad nosmet contra pusillanimitatem, quae passim optima perturbant consilia, confirmandos.

Opus non est, ut innocentiam cum penitentia conferamus, neque additum earum exaequare bonam, ut commendemus beneficium Redemptoris, qui in lege gratiae alteram nobis hanc virtutem tradidit, quae originali iustitiae supplere valeamus. Dici posset, penitentiam eos colligere thesauros, quos innocentia fortasse neglexisset, illam in laboribus magis infatigabilem, ruzorem in humilitate, gratiorumque esse eo quod majoribus aucta est beneficiis. Verum, quoniam haec quaestio intus, & in cute nobis sit inspicienda, notate satis est, penitentiam duo complecti; peccatum, quod supponit, & gratiam, quae ipsum deletur. Quatenus peccatum supponit, intra innocentiam est, tamen vitio hominis dumtaxat: quatenus vero completitur potentem gratiam deletent peccata, augentemque penitentiam fervorem; ipsam innocentiam vel exaequat, vel exasperat, efficitque, ut Redemptoris gloria magis effulgeat. Quemadmodum enim Dei enitit omnipotentia ex nihilo universa educens; similiter Redemptor Mundum peccatis corruptum reparans, satis ostendit, in hoc nihilo non patuisse minus infinitam suam potestatem. Hoc unum animadvertimus discrimen, quod in redemptionis gloriam cedit; licet utrumque hoc opus sit principii ejusdem effectus; posterius tamen esse admirabilis, quia major oppositio, atque distantia inter peccatum, & gratiam, quam inter nihilum, & esse invenitur.

In corde penitentia consummari debet, quod in corde consummatur peccatum. Peccatum vere peccatum non est, donec in mente consistit; omnino peccatum non est, nisi cor illud approbet, eique assentiatur: penitentia quoque donec in mente retinetur, inchoata tantum est, & propria penitentia non est, nisi in cor ipsum descenderit. Omnes autem cordis affectiones ad duas potissimum rediguntur, & amorem, & odium, qui duo motus magis naturales sunt inter eos qui ex voluntate possunt proficisci. Quod malum in corde peccatum gignit? Hoc sane, quod mundi corruptio ibi Dei locum usurpat. Fatuum cor amorem suum Mundo, a quo corrumpitur, impendit; hic enim efficit, ut penitens oderit, quicquid inordinato creaturam rerum amori advesatur. Quid e contra in corde facit penitentia? In peccatore ad Deum suum accedentem divinum amorem producit, & efficit quicquid illum evertere potest, eademque impossitum aliquam labem adspicere potest: haec enim est Sancti Augustini sententia tota est essentia penitentiae. *Penitentiam veram non facit, nisi amor Dei, & odium Peccati*.

Hoc in loco discipendum non est, utrum amor, qui reconciliationem nostram operari debet, mere esse debeat benevolentiae, an concupiscentiae? His subscribo, quae Scripturae, & Patres docent; videlicet propter verum Dei amorem ea omnia, quae Dei sunt, generatim esse praerenda iis, quae non sunt: loquitur autem de iis rebus, quae sunt impedimentum, vel conditio ad habitualem gratiam; quin ad examen revocem, utrum hic amor ex liberali, vel secus charitate procedat. Deus rebus omnibus praerendus est, ut eae charitate diligatur, quae in vera conversione requiruntur.

PARAGRAPHUS VI

Delecti ex Asceticis, Neotericisque Concionatoribus loci hujus Argumenti.

Nulla unquam vera conversio fieri potest, quin Deus cor prorsus immatet, vel potius, quin cor carneum illis tribuat, qui habent lapideum, ut facilius motibus spiritus sui, & gratiae suae impressionibus pateant. Denique cum Deus prodigium hoc vult operari peccatoribus odium seculi insperet opus est, & quin peccator ejusdem seculi consuetudinibus conformetur, seipsum omnino reformet vera renovatione, integraque extinctione spiritus erroris, atque mendacii, a quo possidetur: *Nolite conformari huic saeculo; sed reformamini in novitate sensus vestri*; ad Rom. 12. ut agnoscent, secundum ejusdem Apostoli verba Dei voluntatem, quid illi acceptum sit, quid bonum, atque perfectum, amplectatur vivendi genus antea vitae prorsus oppositum, videlicet incipiat odisse, quod

Conversio esse debet cordis, & conscientiae mutatio.

amaverat, & habere tamquam objectum contemp-
tus sui quiddam antea pro amoris, & exitima-
tionis obiecto respexerat. Videlicet nihil requiritur
minus, quam omnium precedentium affectionum
inversio, & omnimoda priorum dogmatum,
sententiarumque destructio. Oportet igitur, ut qui
exempli gratia, durus, & immitis erat, misericors
fiat, qui injuriam oblivisci non poterat, parcere
discat; qui ferocis erat, patiens fiat, qui voluptati-
bus deditus hilarem ducebat vitam, tristitiam, do-
loremque requirat, vel saltem patiatur; qui flagi-
tiosam ducebat vitam, atque in impudicitis volu-
tabatur, puritatem antea ignotam amplectatur:
quæ omnia cordis mutationem supponunt. Homo
Dei afflatu percitus sese omnino illi devoveret, at-
que in illius famulatu perseveraturum proponit,
verbo, vere conversus est. *Abbas Trappensis tom. 2. Collationum in Epistolas, & Evangelia Domini-
canæ; Collatione pro nona post Pentecosten Do-
minicæ.*

Ne putes aliquem ad Deum sese convertere posse,
& talem qualis erat permanere: cor, & amor
mutanda sunt, ideoque etiam mores, & actiones.
Hoc palam ostendit illusionem eorum, qui Deo sese
convertisse opinantur, quin se ipsa in illis ulla ap-
pareat mutatio, qui hujus mundi bona, æque ac
olim depereunt, qui eadem non intermissa sollicitu-
dine, ut antea requirebant, qui æque ob levis in-
jurias succubant, qui pietatis operibus nihil relin-
quunt temporis, & qui de more omnes curas suas
in terrena impendunt negotia. Quod enim indi-
cium est hujus vite mortales vicisse mundum,
quandoquidem spiritus mundi æque ac olim in ipsis
viget, & operatur? Ne illi quidem abintinenta qui-
busdam actionibus, quæ palam nefariæ sunt: Hoc
tamen non abest quominus mundus dominetur in
illis, quoniam ipse est plerumque actionum sua-
rum obiectum; ultra hilariter, sedulo, accurate faci-
ant quiddam mundum sapit, ægre, languide, ne-
glexerit quiddam respicit Deum. Deum quidem
hæc simul componere gessit, æteraque dama-
nationis metum, & quorundam criminum horro-
rem permittit, dummodo cor eodem, ac antea,
remaneat, scilicet terrena hæc spectet tamquam
summum bonum, & felicitatem. *Essais de Morale
tom. 8.*

**Peccator
ad Deum
reverti
debet.**

Peccator Prodigum Filium imitari debet, qui
novum confidenter sensum concipi; & quamquam
Pater unus ille sit, quem offenderit, unus tamen
est, in quem sperat. Non cogitat ille asylum sibi
apud eos amicos perquirere, quos sibi inter vite
suæ flagitia comparaverat; amicos nequam! qui
cum ex illius sceleribus quantum cepissent, primi
omnium eisdem vivendi genus vituperant. Utrique
ad Patrem meum redire volo, novi cor ejus;
ex quo me ad officium revertentem viderit, acce-
pit injuria oblivisci. Si nullam, nisi in homi-
nibus, spem haberem, actum esset de me: ob vir-
tutem suam nimis superbi meæ illuderent calamita-
ti: sed in cœlestis Patris mei corde eam miseri-
cordiam me spero inventurum, quam omnia flagi-
tia mea exhaerere non poterunt. *P. Cheminatus in
Libello scilicet edito, cui titulus; Sentiments de
piété.*

**Demon,
ut illos
intercedat
secedant
objicit
difficulta-
tes.**

Cum Deus Peccatores revocare vult, eosque de
iniquitatis sine quodammodo vellere, omnes eo-
rundem vias spinis impedit, omnesque eorum per-
turbat voluptates. Efficat, ut in peccato tantum a-
maritudinis inveniant; in eo Babylonis Calice,
quem epotabant, tantum virus adspersit, ut illum
tandem rejiciant, in Deo veram requiem inquirit,
viam mutant, iustitiæ sensus iterum foviant,
& in virtutis semitam revertantur. Sed humana
salutis inimicus profusus oppositam agendi rationem
seclatur: illis conversionem suam tamquam opus
arduum, & fere impossibile, minimos pulices tam-
quam Elephantos, faciles colles, tamquam inaccessi-
biles rupes, æmestas valles, tamquam interminatas
abyssos repræsentat. Relinquamus figuras. Callida
descriptio illis persuadere conatur conversionem
esse iuge martyrium, ac tristem servitutem; effi-
cit, ut loquatur natura, ut affectus operetur, ut
habituum pondus sentiantur. Quæ ferebatur inferen-
daque prælia conatus desistit, labascit animus, ar-
ma de manibus decidunt, nihilque faciendum sus-
cipitur, quoniam de sine assequendo desperatur.
*Pater Giroult secundo Quadragesimæ tom. 2. Sermone
de Peccatoris Conversione.*

Sine animæ dolore, sine sincera peccati detesta-
tione, nequaquam Deo te puras satisfactorum; illi

placere non potes, neque cum eodem in gratiam
redire. Te coram ipso profundissima humilitate
prosterne, millies tunde pectus, ad illum manus
attolle, & ad illius misericordiam stectendam eas
voces inquire, quæ magnam habeant vim, & sint
ad movendum aptissima: ejulatus, & suspiria emit-
te, lacrymis madent oculi. Verum si tantum corpus
humilietur, os loquatur, oculi plorent, ac cor
nihil dicat, nihil sentiat; humiliatioes hujusmodi,
verba, suspiria, ploratus externa sunt, quæ Deus
minime respicit. Ille pro victima cor ipsum petit;
cor penitens, & contritum. Audeo tamen dicere,
te. Deo simul nec majus, nec minus offerre sacri-
ficium posse. Profecto non majus; nihil enim in
te pretiosius est corde, nihilque difficultius quam il-
lud a noxiis convellere obiectis, quæ ipsum Deo
surruperunt, atque illud supremo reddere Creato-
ri. Non item minus; quid enim post tot iniurias
exigere potest, quam penitentiam? Quid autem?
licet ille gravissimus læsionis fuerit contumelias,
paratus erit ad antiquandas omnes vias iustitiæ
contra te latas sententias, ad omnes gratiæ suæ iustiti-
æ thesauros effundendos in te, ad ceterum, perfec-
tionemque veniam largiendam; ad te sine suo reci-
piendum, atque in filiorum numero referendum;
tu vero semper inimicus illum amare non incipies;
semper rebellis effeciam, liberamque transactorum
flagitiorum confessionem non facies? Hoc si con-
tendis, si speras, recentem Deo facis injuriam: &
hoc sane est, quod in communibus fidelium peni-
tentis formido. *Idem Sermone de Passione sub finem
puncti primi.*

Hæc utamur rationibus ad peccatorum dolorem
in nobismet excitandum. Nobismet exhibeamus
peccati deformitatem, odium, quod Deus illud per-
sequitur, æterna supplicia illi impendentia, & quid-
quid JESUS CHRISTUS passus est, ut nos ab eo-
dem liberet: perpendamus denique ingratitude
nostræ magnitudinem, & contemptum superabun-
dantis gratiæ, quam nobis salvator promeruit, æter-
namque infelicitatem, in quam certissime ruemus,
nisi gratia eadem utamur, nihilque esse debere pu-
tenus quod pro nostra reconciliatione non aggre-
diamur; tunc juxta Scripturam loquendi rationem
plangemus, & ululabimus, faciemus plantam vel
ut draconum, & ludam, quasi fructuoniam. *Mich.
r. pectus nostrum, ut olim Publicanus ille, ruden-
mus testatur, cor nostrum qui antea omnia des-
liquit primum etiam omnium esse puniendum: il-
lud atteremus perfecta, faceretque contritione: I-
sai. 38. Recogitabimus nostros in amaritudine ani-
mæ nostræ annos, quos in nefaria hilaritate tran-
segimus, conabimurque in nobilitate ipsam
excitare tristitiam, quæ cum sit secundum Deum,
stabilem, ac permanentem pro salute assequenda
operabitur penitentiam. *Abbas de Monmorel, tom.
5. Homilia de Passione, i. ad Cor.**

Quærit S. Augustinus, quare turbatus est Christus
Lazarum a mortuis excitans? & ideo turbatum
ait, ut doceret, turbationem hanc de ipso non tran-
sire debere, & id quod in JESU CHRISTO cha-
ritatis erat affectus, in nobis affectum esse debere,
& doloris, & metus: Nisi us significaretur tibi, quod
et tu turbari debeas. Si in peccati statu turbaris,
ne timeas; e contra vero metus, si eo in statu
minime turbaris; quies temperate ipsa pejor esset;
vel time, si modice tantum turbaris, ita hæc
turbatio non operetur in te conversionem. Turbare
igitur, ac Denis anima tuæ vulnera caret, utque
fidenter ac David dicere possis: *Sana me, Domine,
quoniam turbata sunt ossa mea.* Psalm. 3. Immo si
parum turbaris, te ipsum videns peccatis circumda-
tum, divina exagitationum iustitia, ac jamjam in im-
penitentia morturum, ingemites, neque tibi sit
satis horror brevi duraturus, & tremitus perfu-
diorius, ut enim S. Augustinus addit, homo sæ-
pe iniquitatis horrore percitus, Contra se fremere de-
bet, ut violentie penitentia cedat conclusio peccati.
*Desumptum ex Sermonebus, qui sub nomine Pa-
tris Bourdaloue feruntur. Sermone pro feria 6. post
quartam Quadragesimæ hebdomadam.*

Hæc peccatoris conversio opus est divinz omni-
potentiæ; alioquin quomodocumque repente immutari
possunt index, studia; sensus; mortificari vehemen-
tes passiones, valide affectiones infringi, violenta
desideria coerceri, inverteata odia suffocari, amo-
res adhuc terrentes extingui, resilli ponderi abro-
tium, rerum terrenarum exitimatio, & voluptas
amitti, & Cœlestium dantaxat amore inflammari?
Hoc citra miraculum neque fit; neque fieri potest;
hæc

**Rationes
ad pecca-
torum do-
lorem ex-
citandum
in nobis.**

**Peccatoris
conversio
opus est
Omnipo-
tentis Dei
deitatis.**

hæc mutatio is similis est, quæ in natura contin-
gunt: Deus unus illas repente potest operari. *P.
Aurélianus tom. 1. Serm. de Conversione.*

Non unus diei opus est nostra conversio, neque
potes, te jam conversum fuisse eo quod semel ac-
cesseris ad Sacramenta, & diebus aliquot a facili
hujus recesseris via. Exterior quidem conversio una
peragitur die, sed conversio cordis cum vita ipsa
est permanens. Nullus dies, hora nulla præterire
debet, quæ ad eandem non adlaboremus; & nobis
præclare cesserit, si post omnes conatus extrema
mortis hora adveniente eam cordis conversionem,
quæ vere perfecta sit, obtinerimus. *Non una die
perficitur, S. Bernardus ait: Utinam vel in omni vi-
ta, quæ degimus in corpore valeat consumi! Desump-
tum ex Christianis Sermonebus, Sermone pro quarta
post Pentecosten Dominica.*

**Per cordis
conversionem
Deo chara
omnis facti-
ficamus.**

Bona tunc aliquot elemosynis sacrificare, perfec-
tum quidem est; verum terrena sacrificantur, ac
semper ea aservantur, quæ ad victum sunt ne-
cessaria. Deo passiones aliquas, & mortificationes
sacrificare sanctum quidem est, verum fatearis
necesse est, corpus tantummodo sacrificari. At
sacrificare Deo animi nostri studia magis chara,
atque tenera, animus ab illis, quæ adamantur,
divellere; hoc sane est, omnia Deo sacrificare,
omnia enim simul, & cor, & mens, & cogita-
tiones, & voluptates sacrificantur, eorumque ne
memoria quidem reservatur, nisi ad ea detestanda.
Tunc profecto verum peccatorum nostrorum
dolorem offendimus, tunc sinceram agimus peni-
tentiam; quantum enim pro peccatum a Deo re-
cesseramus, ut creatas res sequeremur, tantum ab
eo recessisse dolemus, & ab illis discedinus, ut
Deo uni hæreatus, fatentes Deum unum mereri,
ut eidem ex toto corde inserviamus. *Pater Masson
Oratorii Sacerdotis Sermone decimotertio de Adventu,
qui est de Penitentia.*

Cum de penitentia agitur consulere nefas est
S. Chrylolum inquit, æque ac nefas est ambige-
re, cum agitur de fide. Qui ultra de fidei articulo
dubitavit, infidelis est, inquit Theologi, quicum-
que deliberat, atque hæret ac convertatur impo-
nitens est. Cur? quia certo penitentia amplecten-
da est, non deliberandum, an sit amplectenda: peni-
tentiam agere, inquit Pater idem, non deliberare
est, sed concludere; non disponere, sed Dei vo-
cem audire; non velle, sed jam voluisse, itam
cum adhuc delibero, nondum egerim penitentiam.
Cum pugnat adhuc, nondum victoriam retulit, im-
mo in periculo versatur, ne vidus æcie cadat: sed
jure dici potest, illum, qui delibet, & ambigit,
neque certus est adhuc consilii sui, jam semividum
esse, & quam primum omnino esse vincendum.
*P. Bourdaloue Sermone pro Feria 3. post quin-
tam Quadragesimæ hebdomadam.*

**Seris
conver-
sionis
opus.**

Nos omnino converti nolimus, si enim efficaci-
ter nosmet Deo devovere vellemus, eo ipso, quo
vellemus, momento, nosmet eidem traderemus;
nam eo, quo vellemus, momento possemus etiam;
quoniam velle uti opus, & posse unum, & idem
est. Verum ut plurimum inanes languentis volun-
tatis conatus experimus, quæ vanam speciem, fal-
laciemque sui ipsius imaginem producit; hoc non
aliud est quam ego vellem; cumque nobismetipsis
nos velle dicimus, mera est illisio, quam ignavia
nostra facili negotio potest calumnia redarguere.
Cum vere volumus, S. Chrylolum inquit; hæc
voluntas statim sese pluribus prodit actionibus,
quas illa producit, ut quo contendit assequatur.
Hæc imperiosa facultas est in reliquis animæ fa-
cultates adeo absolutam exercens imperium, ut earum
nullam alteri permittat, ut quod præcipit, ex-
equantur. *Mainbourg Sermone pro feria 6. post pri-
mam Quadragesimæ Dominicam.*

S. Augustinus l. 8. Confess. seipsum in hoc statu
describens, videns, inquit, dormientem hominem,
qui æque exproscitur; medias est vigiliam in-
ter, & somnum, neque omnino dormiens, ne-
que vigilans omnino, sed utriusque particeps so-
mni, & vigiliz, itaque neque vigilantis habeat ac-
tivitatem, hæc quietam dormientis tranquillitatem.
Adurgit quidem tamquam de cubili egressurus; at
per inertiam relabitur, ibique iterum, iterumque
volvitur, quin statum relinquere possit; Cogitatio-
nes quibus meditabar in te, similes erant comitibus
exproscitur, qui tamen superati sopori al-
titudine remerguntur. Semipositus, & veluti fo-
mians dimidiata quedam proferit verba nihil pro-
prios significantia, & tandem post aliquam conatus

speciem summo cum languore editam somnus, cui
sele tradidit ultro, illum magis quam antea iterum
capit. *Idem.*

Statim ac Deus Sanctum Saulum illuminavit, &
jusque cor tetigit; novus hic penitens petiit, quid
sibi faciendum, cupiens operi admove manu, &
& labori omnem curam impendere: *Domine quid
me vis facere? Act. 9.* Non est in eorum senten-
tia, qui Deum omnia facturum putant, & qui vel-
lent a Deo vitis omnibus exui, quemadmodum
vestibus suis exuuntur. Vellent, ex nequissimis
peccatoribus a Deo in Sanctos converti sine ullo
iporum labore: Sanctus Paulus non ita conversus
fuit; omnia in ipso mutata sunt, quæ rerum om-
nium principium, cor nempe immutatum est.
*Domine, quid me vis facere? Cor superbum tu cer-
te mutaberis, nulla honoris, nulla mundi ratio me
prohibet. Mihi interdenda hæc voluptas est, ne
cum hoc, vel illa consuecam? Deus hoc vult;
satis est, id fiet, licet mihi præ dolore moriendum
esset. Pater Texier Panegyrico conversionis S. Pauli.*

**De S. Pau-
lo de con-
versio-
ne.**

Sanctus Chrylolum inquit, peccatum unicum
esse malum, quod lacrymis curari possit. Dicere
etiam possumus hoc unicum esse malum, quod des-
seri mereatur. Quare igitur hoc unicum malum
est, quod minime desatur? ferre potest ut nobis
explorata sint rationes omnes, propter quas do-
lendum est nobis? Utrique fideles hæc nobis sunt
explorata, sed non satis illas concepimus. Puer
scit quidem se Paris optime iacturam fecisse; quem
mors nuper abstulit; ille tamen in maximo fami-
liæ lecta, & ridet, & ludit; non enim satis no-
vit, quantum fecerit iacturam: at major nati fra-
ter, qui per ætatem rationis maturitatem affectus
est, nullum dolori invenire potest solatium. *Pater
de la Colombiere. Sermone de Confessione.*

Si consideratio magnitudinis, bonitatis, iustitiæ
Dei satis vitium non habet ad nos movendos,
experiamur utrum propriæ durtiæ intuitus flecte-
re nos possit. O me miserum! Ergone gratiam
amittens, rationem, omnemque sensum amisit? Ni-
hil me movet, non amor, non metus, non be-
neficia, non pœnæ? numquid infidelitatis meis
accessit cumulus? Numquid me Dominus dereliquit?
Terræ vermis contra Univerforum Creato-
rem insurgere ausus est, & perfidiz suæ ipsum
penitere non potest? Millies contemptus, injurias
affeci eum, qui mihi vitam tribuit, eum, qui pro
me suam vitam impendis, & adeo enormem ingra-
titudinem non perhorresco? In ipso inferno ver-
sor, in funesto eo statu, in quo sum, mori pos-
sum, neque contemisco, neque me timor exanimat?
Hæc ego ne cogitabam quidem, cum Domi-
num lædebam; & licet hæc cogitarem, passio a eo
vehemens tunc erat, ut mirum esse non debuisset,
si tunc his cogitationibus non fuisset affectus; nunc
autem hæc commode veritates intueor, neque illis
moveretur animus meus? Quid igitur Domine? quom-
quid in nullam spem reditus perii? nullus ergo pro
me locus erit misericordie? Numquid, o Deus, me
in æternam repulisti? *Idem.*

**Quomodo
peccator
suum vi-
cium hoc
scitavit
esse
debu.**

Peccator vere conversus eos fovere sensus debet
quos olim prodigus Filius. Nequaquam Domine!
dignus non sum, qui inter filios tuos numerer;
verum hodie coram cœlestibus omnibus, quos irri-
tavi, juro, nullum me tibi imposturum fideliorum
servum futurum. Nimium, heu nimium! tanta
misericordia abusus sum; tibi ultra o Domine re-
sistere nequeo! Fateor durtitiam meam, diutius con-
tra amorem tuum oblectari non posse. Quam me
moveret ad spectus misericordiz, quæ erga me usus
es, cum me in peccato meo non confoderis, licet
audacia atque obstinatione mea te ad id compellere
velle viderer? Quanta tua hæc in me gratia est,
quod me semel adhuc revocare digneris? quoniam
esse debent animi grati sensus eo, quod me revoca-
cas, a te nunquam ultra recessurum? Genties tibi
pollicitus sum, gentes promissi fidem perfergi; sed
numquam ita promisi, ut hodie, & sentio jam me
tibi imposturum fidelem futurum. Desiderium hoc,
quod non peccata solum, verum omnes etiam oc-
casiones, omnesque peccati species, relinquere cu-
pio; hæc nausea, quæ ea omnia fastidio, quæ olim
mihi placebant; virtus hæc, quam mihi inspiras,
ut affectibus meis immortalibus bellum indicam; hæc
omnes gratiæ sunt, quæ mihi firmissima quodam-
modo constantiam pollicentur. *Idem.*

Cum anima nostra per peccatum a Deo recedit,
iacturæ nostræ magnitudinem nulla vox exprimit
potest, nulla mens potest intelligere. Etenim Dei
ami-

amicitiam amittimus, quia Deum ipsum amittimus. Attamen mirum est, quam flocci fiat hac maximi bonorum omnium iactura; inde tamen nihil stupor non incedit, non enim scimus, quid facimus; Deum fere ipsum ignoramus, & passio extinguit in nobis exiguum eam, quam habemus cognitionem. Illud vero oblitiscor, quod Deus, qui nihil nostrum perfecte cognoscit, qui nullam rem ipsa iacturam patitur, cum ab illo recedimus; quod Deus, inquam, recedentibus nobis, tantum dolorem testetur, atque nihil pretermittat, ut ad ipsum reverti nos cogat. *Atque se dolere testatur, ac Pastor, qui ovem amittit, & pauperula mulier, quae duas tantum drachmas habens, harum alteram sibi desse deprehendit: quandoquidem duplici hac similitudine utitur JESUS CHRISTUS suum nobis dolorem ob discessum nostrum significaturus. Sed cum jam amissos recipit, & ovis, quae deeraverat, redit in septa; & quam ipse laetitiam offendit? Nonne ipse ille testatur Caelum omne gaudere ad reditum peccatoris poenitentiam agentis? Idem.*

Prima peccatoris infelicitas in Evangelio nobis exhibetur sub figura filii Prodigii, quid de paterna Domino egressus abiit in regionem longinquam. Hoc peccator facit, qui sese inordinatis cogitationibus, ac desideris tradens a Deo recedit, & a Deo recedens recedit a semetipso, ut inquit S. Ambrosius: *A seipso discedit, qui a Deo recedit.* Hic a seipso discessus status est, & dispositio generalis omnium peccatorum, quicumque tandem illi sint; avari, ambitiosi, iracundi, utroque, semper sunt extra se, & de illis queritur Deus per Prophetas; *foras suserunt a me; Recesserunt a me, & suserunt foras; quia Deo natura corrupte incompositis studiis obduntate, eamque in officio continere, qua stimulus conscientiae, qua iudiciorum suorum metu conante; ideo peccatores corripiunt fugam. Quod autem primo faciendum est, ut vere quis poenitens fiat, hoc est, ut ex tristi, atque infelici hoc exteriori statu egrediatur, & peccator sese convertere studens illud primum facere tenetur, quod prodigii filius, qui in se reversus est. Oportet, ipsum sua peccata cognoscere, eorum enormitatem detegere, & quidquid sibi horrorem possit injicere, ut sensibilem percipiat doloris amaritudinem, & hac ratione ad Patrem suum revertatur. P. Textus Domin. I. quarta Adventus Dominica.*

Inquis forsitan in peccatore unum tantum voluntatis actum requiri, ac unum liberi arbitrii motum, quo peccata sua detestetur; hanc autem actum brevi temporis momento elici posse. Ita sane est; verum ut voluntas ad hunc actum eligendum sese determinet, & coactus inest propositum, iterum non amandi, quae semper amavit, neque faciendi, quae semper facere consuevit, multum requiritur temporis, multa sunt sustinenda certamina. Nostrae voluntatis consensus momento quidem dari potest; sed hunc elicere, hoc opus, hic labor est. Hoc si adeo facile tibi videtur, cur cogi vis? cur tot divinis afflatus, tot conscientiae exprobrationibus oblectaris? Ea profecto cautia est, quia omnia consensus huic opponuntur; voluntas tua, Demones, caro, mundus, verbo omnes nostrae salutis inimici. Omnes itae oppositiones superandae sunt; hac flagitiosa voluntas subigenda est, iis omnibus studiis abrenuntiandum, demonibus resistendum. Hic multum opus requiritur, neque adeo facile hoc est, quinodo hominum plerique committuntur.

Nihil in mundo frequentius est, quam huiusmodi peccatores, qui perfundioris aliquibus excitati stimulis, terribilibus exemplis perterriti, iniquitatis suae pondere fatigati, aliquo modo sese convertere vellunt. Vellent quidem flagitiosus habitibus, inordinatis passionibus, turpibus affectionibus liberari; atque medii inter flagitia ad iustum pacem adspiciunt: verum ne minimum quidem conantur, ut sua vincula infringant, nihil moluntur, ut pravos habitus exuant; delibant, quantum possunt, venenatam peccati dulcedinem, tunc cum ejusdem amaritudinem a se vellunt removere. Dicunt illi quidem, se velle converti: verumtamen Deus in poenitoribus animae ipsorum latebris scrutatur perverfam voluntatem, & naturae propositum in sceleribus suis resistendi. *Essais de Sermons pro tertia Adventus Dominica.*

Heu! quid nobis plorandum, nisi Dei iacturam ploremus? Ullane calamitas est fidelium lacrymis digna, si peccatum non est, propter quod divina excidunt gratia? Gratia JESU CHRISTI nonne

Quid primum scire debet peccator conversus.

Conversio simulata propter conscientiae ac subillis propositi delectum.

drachma illa est Evangelica, iactura cuius mundi totius acquisitione reparari non potest, & cuius possessio, omnibus licet perituris bonis careamus, nos efficit locupletis? Hoc ob Deum amittimus, qui ad illum inventiendum condidit eis profusam necessarium, esse debet supernaturalis. Cum peccati destructio, animaeque ad Deum conversio, affectus sint supernaturales, igitur profecto non possunt nisi eo dolore, qui & ipse fit supernaturalis. Ad hoc requiritur, ut gratia Dei sit principium poenitentium lacrymarum, quas ob dolorem amissi Dei peccator effundit: illae sunt, Tertullianus inquit, pretium quo iactura haec reparatur. Quicumque fidelis anima dolere debet, vel quod a Deo separata sit per vincula corporis quibus retinetur, vel quod illum amiserit per peccatum. *Idem Dominica prima post Epiphaniam.*

Scire vis, ullum sis vere conversus? Scrutare cor tuum, utriusque affectiones ad examen revoca, ut secretiores ejusdem motus agnoscas. Antehac mundum amabas: illumne amplius amas? Perditte honores cupiebas; eosne recipis tanquam onera, & impedimenta? Eosne fugis, quia periculum nostri, quibus patet, qui ceteris praestit? Nemini cedere optabas; numquid hodie Dei humilis vestigia sectaris, te ipsum contemnis, & paratus es, ut novissimum recubitum diligas? Voluptatibus, quae solatiis abditus eras; haec una erat cogitatio tua: num secessum, & mortificationem modo complecteris? Quarebas olim ambages, subtilisque argumenta, ut bonum quod tuum vere non erat, possideres, impraesentiarum numquid ampliori restitutione illas injurias, & detrimenta reparas? Pauperum egestas te minime afflicebat, eosque inclemente oculo despiciebas; Numquid hodie hilariter in egenorum sinum effundis ea bona, quibus longe, effusaque te Deus donavit? O nos miseris! si de peccatoris conversione ex hujusmodi principiis iudicare velimus, quotumqueque invenietur, de cuius fidei conversione tuti esse possumus? *Idem Sermo pro tertiadecima post Pentecosten Dominica.*

Natura in seipso nihil invenire potest, quo flagitia sua valeat destruere, & licet fide non edoceret, a gratia effusus hos in animabus produci, ratio sufficeret, ut hac de re persuaderetur. Postquam quidem naturaliter aliquam mundi hujus perfectoriam naufragio concipere; terrenarum inconstantiam obiter cogitare, eo quodam defectus, vel quaedam turpia facinorosa secreta erubescere; licet enim gratia similes motus in cordibus nostris praebet, nonnumquam tamen sola ratio eosdem producit. Sed ut fiat vera conversionis primordia, oportet, quae accedamus ad Deum, descendat, propter quae accedamus ad Deum, descendat, propter quae, a Patre luminum, qui virtutum nostrarum principum est, & origo. Tu igitur, qui in vita tua quaedam conversionis signa cognoscis, qui felici transitu de peccato ad poenitentiam egressus es, saepe, ut olim Apostolus, collatam tibi a Deo gratiam fatere. Sancto terrore percipis horrentes replice abyssi, unde auxiliatrix illius manus te eduxit; cogita in teipso, quantum esset iniquitatum tuarum numerus, si te nequitiarum suarum tradidisset, eosque humilitatis, & grati animi sensus fovens, quos in te huiusmodi cogitationes excitabant, cum Regio Pfalte exclama: *Misericordias Domini in aeternum cantabo.* *Pf. 88. Essais de Panegyriques in Conversione S. Pauli.*

Peccatoris vere conversi propositum omnia tempora complecti debet; ita ut si peccator aeternum vivere possit; propositum deberet elicere per hanc omnem aeternitatem in Dei amore atque odio peccati perseverandi. Cum Saluator Paraliticum curavit, non dixit illi, ne pecces ultra; sed *non amplius peccare*; Joann. 8. hoc absolute non posco, ut ulterius minime pecces; id equidem cuperem, sed talis est tua voluntatis fragilitas, ut hoc citra audaciam notam polliceri non possis; hoc solum posco, ut consilium capias ulterius non peccandi; *non amplius peccare.* Aeternum hoc propositum non amplius laudandi Deum est quaedam reparatio injuria, quam eidem intulimus, cum ab eodem recessimus, ut res creatas consecraretur; & quaedam velut nova electio, quam facimus, ut iam factam retrahemus electionem, qua peccati suavitatem innocentibus virtutis illecebris praetuleramus. Qui considerate lethala peccatum committit, mavult in aeternum carere Deo, ut peccati voluptatem percipiat; ita poenitens velle debet in aeternum peccati voluptate carere, ut fruatur ea felicitate qua gaudent, qui adherent Deo. *Essais de Sermons de l'Archev.*

Ratione cognoscere utrum finis vero conversus.

De proposito conversi peccatoris de non ulterius peccando.

Miseri sumus, quorum sera est poenitentia; verum saltem sincera illa sit. Pro virili ea, quae fecimus, mala reparemus; & qui errorum nostrorum testes fuerunt, sint etiam testes nostri reditus, & conversionis. Opem fer Domine! Et si infirmis huius principis cor nostrum non omnino te ipsum, ac unum te sectatur; sentiat saltem si debere tuum esse. Convellamus ex animo turpis illius affectus reliquias, qui nimis alte radices suas jecit, & vivamus uti vivendum est. *Auctor Anonymus.*

Poenitentia esse debet a cor.

Propheta Joel, qui divino illustratus spiritu praevidebat, quot deinceps futura essent fallaces poenitentiae, etiam, atque etiam commendat, ut homines ex corde, & ex toto corde convertantur. Omnis homo est in corde. S. Petrus 1. Ep. cap. 3. id quod proprie hominem Christianum facit hominem cordis appellat. Cor hoc totum peccati contagione corruptum est: illud autem mutandum est, ut opera mutantur? *Musa cor, & mutandum opus.* Ut vere convertamur, corda nostra scandenda sunt, non vestimenta nostra, ut idem Propheta inquit? opus est, ut a Deo recipiamus cor gratie pro hoc peccati corde, quod nobismetipsis effinximus; cor vivum, & animatum pro corde nostro lapideo vitae, sensuque carente; cor purum, & rectum pro corde immundo, & flagitioso. Non recipit Deus superficiale poenitentiam, quae vestes solum, non vitam reformet, quae exteriora tantum mutet, non interiora: vult hominem converti in corde, & doloris sinceritatem offendere a se mundi amores avertem, ac se magis magisque in Dei amore confirmantem. *Disjunctum ex libro, cui titulus: Vita Prophetarum in vita Prophetae Joel.*

Peccatoris conversio fit cum agitatione ac tumultu.

In oppressionem, quam Pharaon in Israelitis exercebat fidelem deprehendere imaginem eorum, quae nos inter, & Demone accidit, cum nolmet convertere cogitamus. Crudelis hic Tyrannus ne minimam quidem cogitationem pati poterit, omnes tunc suas vires inflatur bona consilia nostra dissipatur, atque ablatum primum illum spei radium, qui nobis assurgere incipiebat, ut in majorem desperationem laberetur. Contra nosmetipsos excitat eos omnes, qui consilium nostrum possunt infirmare; efficit, ut illius nosmetipsos poenitentiae ac nos irritat in eos, qui in hoc opus incumbunt ut nos a lapsu prohibeant, & quin eos precemur, ne de terrentur impedimentis, & quae hinc tanto bono possent obfistere, nos ipsi sumus praecipua difficultas, quam in hoc opere inveniant. *Idem in vita Moysis.* Conversiones in ordine gratie eodem modo sunt, ac mutationes in natura, videlicet cum agitatione, & tumultu: & si quando aliter accidunt, ut illa David per Prophetam Nathan verba, infrequentes haec sunt & miraculo proximae, Conversiones, ut plurimum sunt, quomodo facta est Sancti Augustini Conversio, non sine labore, resistentia, timore, sollicitudine, metu. Qui nimis delicati huic tumultu sese venerunt obicere, in periculo versantur, ne sibi accidat, quod olim Felici Syriac Praefidi, de quo in Actis Apostolorum est sermo, qui perterritus iis veritatibus, quas Sanctus Paulus praedicabat, illum ferosem abrupte justit, & reliqua se alia die audiretur spondidit. *Pater Augustinensis, sermone de amore veritatis.*

De proposito conversi peccatoris de non ulterius peccando.

S. Augustinus S. Pauli lectione commotus, cor suum variis sensibus, ac desideris fervere sentiebat. Plorabat etiam, ac singultus, & ejulatus emittebat; verum frustra; optimos quidem sensus fovebat, & de moribus immutandis consilium capere non poterat; cupiebat ille quidem, & nihil statuebat; praeterita scelera lacrymis prosequeretur, & impelli non poterat, ut impostum vitae suae rationem inveteret. Hinc profecto patet, quamam sit huius infirmitatis origo, de qua toties mundi sectatores queruntur, quod videlicet factis virium sibi non suppetat, ut resistenti torrenti, a quo rapiuntur, temperamento, quod sibi dominatur, obiectis, a quibus alliciuntur, affectibus, a quibus urgentur, mundo, a quo licet inviti rapiuntur, pravis exemplis, a quibus corrumpuntur. *Idem serm. de Tentationibus.*

De proposito conversi peccatoris de non ulterius peccando.

Rerum creationem ex chaos productione incepit Deus; quae quidem confusa, & informis erat terrum omnium congregatio; ubi tenebris lumen, terra caelo erant commixti. Ita asserere possumus primum divinae gratiae in hominem peccatorem effectum hunc esse statim quidem illius cor confundere, & maximis terribioribus perturbare; illico chaos quoddam conficere cogitationum ipsius confusione, ac zituoso sextentorum motuum, violentiarumque

agitationum tumultu: chaos, in quo lumen veritatis adhuc est cum praedictis carnis, sanguinisque commixtum; terrena cum coelestibus confusa; bene vivendi consilia cum huius mundi desideris perturbata. Mundum hunc non repente creavit Deus, sed illius partes deinceps condidit: Deus idem in nova creaturae productione successive operatur, & per gradus in nobis nostram conversionem, & sanctificationem affirmat. Incepit Deus chaos ipsum extricare de tenebrarum sinu lumen educens; novam etiam producere incipit creaturam efficiens, ut lux ejusdem menti affluat, quae primum ignorantiae tenebris fallacibus praedictis delectata. *Disjunctum ex alio Auctore.*

Peccatorem considerare possumus ante conversionem, in ipsa conversione, & post conversionem. Nihil illius conversionem praecedens (abit verbo invidia) majus est, quam quod mundi creationem praecessit: vis, quam Dominus in illius conversionem impendit, major est, quoniam omnipotentis brachii sui conatus exerit; & demum magis laborat Deus prohibitorum, ne ille post conversionem iterum se corumpat, quam adlaboret, ut primae creationis opera semel efformata tueatur. Ante primam creationem simplex tantummodo nihilum rerum essentiam praecessit; hic vero praeter justitiam, & sanctitatis nihilum novam creaturam praecedens, corruptio, & nequitia majorem obicem, quam simplex nihilum statuit. Cum Dei potentia id producebat, quod antea nihilum fuerat, nullos habebat hostes, quos superaret; agebat in nihilo, sibi quae nihilum non resisteret: sed gratia novam creaturam producenti plurima resistunt praedicta, passionem, quae actioni illius adfuerant: & naturalis illud studium, quo versus nihilum sanctitatis rapimur, longe majus est illo, quo versus naturae nihilum tendimus. *Idem.*

S. Ambrosius inquit lacrymas consuevit legatione fungi apud Deum pro nocentibus: *Lacrymae solent legationem suscipere pro delictis.* Peccator a Deo in exilium pulsus non habet, quem pro se mittat oratorem: preces illius ad Caelum usque non ascendunt, infirmas sunt; oportet, ut genitus hac legatione fungatur. Effote, lacrymae meae mei doloris testes! Ita Magdalena JESUM CHRISTUM alloquitur, quin ne ullum ulum proferat verbum. Erubuisse illa discens ea, quae ad Salvatoris pedes provoluta flere non erubuit. Ante Dei Tribunal si causam verbi egeris victus, sin lacrymis, victor iudicio decedis. Lacrymae sunt orationes, quarum silentium satis est eloquens quandoquidem Regius Propheta dicit. *Pf. 6. Exaudivit Dominus vocem fletus mei.* *Abbas de Marco Panegyrico sanctae Magdalene.*

Undenam, o Domine, ita post conversionem suam S. Augustinus ajebat, tantam percipis oblectationem animam, quae deeraverat revocans, ut videaris malle iacturam reparare, quam prohibere? Cupis potius recuperare, quam tueri, & prodigi Filii reditus tibi magis placet, quam majoris natu obedientiam; magisque letaris ob centesimam ovem, quae amissa fuerat, inventam, quam ob nonaginta novem servatas! proculdubio ea causa dicenda est, quod triumphus post praelium refertur, quo cruentus fuit praelium, eo victoria accidit jucundior. Diuturna desideria possessionem suaviorem efficiunt, O quam tu ipse peccator poenitens Angelos afficis letitia, cum postquam diu, ac pertinaciter resististi, victrici tandem gratias cedis! *Idem in S. Augustini Panegyrico.*

Deum nequaquam despiciere cor contritum, & humiliatum, jam Regius Propheta testatus est. Occuli omnes, qui in Caelis sunt, poenitentes plorantes oculos intuentur, & Deus ipse videtur, nullam habere jucundius obiectum, in quod suos convertat oculos; & quemadmodum sol respicit nubem, quam ipse attraxit in aera, & quae in teneum solvit in brem, ita ut oblectari videtur illum intuens, illum suis radiis inaurans, & illa admirabilia gignens meator, quae Deus tanquam signum, & nancium fcederis cum hominibus inisi statuit; hoc ipsum divinus iustitiae sol in contriti cordis lacrymarum operatur. Haec tristitia nubes, quibus anima poenitens obvoluta est, Deo sunt jucunda; in illas ejuculatur gratiae suae radios, easdem in levissimum imbrem resolventes; eas inaurat, atque exornat gratiis suis, quibus anima per peccatum fuerat exuta; sibi quae efficit, & producit eam conscientiae tranquillitatem, eam pacem, quam se cum peccatore ad se convergente facturum spondidit. *Ex Italico P. Alberti Panegyrico S. Francisci Xaverii.*

De Peccatoris conversione generatione.

Cur peccatoris conversio accepta sit Deo.

Peccatoria conversio ut plurimum a timore cordis...

Conversiones ut plurimum ex metu incipiunt, ac desinunt in amorem. Judiciorum Dei metus ingreditur perfectionem ejusdem amorem...

Spiritus agitato ubi conversionem meditantur.

Sanctus hic Penitens, videlicet Augustinus, quodam ex felicibus illis momentis, quibus Dei Spiritus efficit in animabus secretos tumultus...

Cum Saulam irreconciliabilem JESU CHRISTI inimicum tanto zelo predicantem intueor Sacrosanctum nomen illud, in quod nequissima rabie percitus evomebat blasphemias...

Penitentis animae sensus.

Huius, Domine, ubinam eram in illo infelicissimo statu? sanctus Penitens Augustinus exclamat: mentem illius affectu conabor potius quam verba referre...

Quam deplorandus est infelicis animae status, quae subiecta legi peccati tyrannidem exercentis in ipsam, malum facit, quod minime vult...

quod noxie perdidit, reparandum? Jam victus sum Domine! divina lumina tua mentem meam illustrant...

Quoties cum jam prope esset, ut novum hominem pareret, ad ipsos usque partus dolores processit, antequam in lucem illum eaderet? Quoties prohibitus gravibus quidem, sed suavibus catenis...

Tumescit peccatoris animum se proxiat.

Hoc Domine magnum est tui gratie prodigium; hoc Domine opus tuum. Perturbationes, quae in mente humana contingunt, naturalem ordinem non excedunt...

Cor vestrum sine Deo vos a Deo removet; cor vestrum, cum Deo, & per divini Spiritus motum efficere debet, ut ad eum accedatis...

Quomodo dicitur dolor peccatoris vere contritum.

Saepe exterior homo se accusat, & homo interior se excusat; homo exterior ait; me poenitet offendisse Deum; & homo interior inquit; me minime poenitet...

Multi gemunt, inquit S. Augustinus, & ego gemo, & ideo gemo, quia male gemunt. Multi alii in occasionibus frigide quieti sunt...

Præterquam quod non ab iplo per voluntarium dulcedinem feceramus, ad eundem per lacrymarum amaritudinem revertamur...

lignavia conspicio. Peccantia amiserunt? gemunt; amiserunt fidem, & gratiam Dei? minime gemunt; Lis aliqua vel incendium rem domesticam perturbavit? gemunt; nihilque intentatum relinquunt...

Cum ignis compunctionis animam fovet, ut hæc a Deo excusa sapore suo excitetur, tunc tamquam ingentia scelera respicit ea, quæ sibi levia videbantur errata. Tunc minimos etiam horret defectus...

Quomodo verum peccatorum dolorem habet.

Quomodo verum habet peccatorum dolorem, eorumque veniam recipit? Ille, S. Cyprianus tractat de peccat. respondet, qui coram Deo ex toto corde ingemiscit, qui vero dolore tangitur peccatorum suorum, qui poenitentia dicitur, qui malum deprecatur...

Sensus S. Augustini post conversionem.

Quoties Domine parum absum, ne sceleribus meis onustus in Inferi flammam deciderem, nisi Sancta, & gratuita misericordia tua mel fuisset miserata? Cum adis ubique, manum meam apprehendisti...

Ps. 1. 2.

Ps. 1. 2.

Ps. 1. 2.

Ps. 1. 2.

Ps. 1. 2.

Ps. 1. 2.

Ps. 1. 2.

Ps. 1. 2.

Ps. 1. 2.

Ps. 1. 2.

Ps. 1. 2.

Ps. 1. 2.

Ps. 1. 2.

Ps. 1. 2.

Ps. 1. 2.

Ps. 1. 2.

Ps. 1. 2.

Ps. 1. 2.

Ps. 1. 2.

Ps. 1. 2.

Ps. 1. 2.

Ps. 1. 2.

Ps. 1. 2.

Ps. 1. 2.

Ps. 1. 2.

Ps. 1. 2.

Ps. 1. 2.

Ps. 1. 2.

Ps. 1. 2.

bis erant illicita, resurgamus per voluntariam eorum, quæ licita sunt, privationem; ut qui corda nostra improbe letitiae aperueramus, eadem claudamus salutari tristitia...

Raræ sunt conversiones veræ, quia pauci fideles sunt, qui vere vitam suam mutant, qui suos affectus impugnent, qui pravos habitus exuant; pauci, qui secessum ament, qui peccata sua defleant...

Deus conversionem nostram unice querit: quidquid in ipso, & extra ipsum est, nos ad illam stram cu-sollicitat. Cogitationes ejus sunt cogitationes pacis, Ad nos venit, ut tuta, atque salutaria aderat remedia illis, qui contrito sunt corde; ut suavisimam captivis tribuat libertatem...

Deus non quodammodo intelligere possunt, cor suum vere mutatum fuisse? E contra vero ignavi tantum atque hypocritæ videntur, qui quin affectibus suis bellum indicant, cum ipsis fœdus percutebat fudent, & dieram aliquot, vel ad summum mensium inducias expolcunt, ut deinde rursus primam cum ipsis consuetudinem inuant: Commentum faciunt delinquendi. Tertul. 1. de Poenit. Idem.

Consilium, quod magnus ille vis suscepit agendi poenitentiam, efficax fuit, atque per illud confudit tot inania desideria ad virtutis adspedum elicit, tot consilia, quæ in irritam abierant; quod morum licentia, ac molle vivendi genus deseri non potuerunt. Videmus iustos conatibus in justitiam semita gradientes, & actiones eorum nos allicitur. Sanctitas enim eum fugorem emittit, qui ferius, ocyu oculos peccatorum perstringit: ita sensum desiderium relinquendi vitii, ejusque in æternum relinquendi concipiunt; lata via, per quam tandem curamus tædio afficere nos incipit: sed bona hæc desideria tamquam somnia evanescent, in catenis nostris volvinur, revolvimurque, & ita las infringere non conamur, & in eo conversio tota subsistit, quod nosmet convertere, & iustorum sequi vestigia cupivimus, quin tamen ea sequeremur. Ex manuscripto sermone.

Prodigus filius, quem jure proponimus tamquam veræ Conversionis exemplar in sterili speculatione non subsistit. Nullum interstitium intervallum inter consilium initium, atque absolutum: jurgam, exclamavit, & ibo ad Patrem meum. Cum ad ipsum digi-pervenisset, quin inutiles emendicem exultationes, ut eundem hœtam ad misericordiam, & ut a capite meo justitiam indignationis ipsius pondus avertam; coram ipso contrebore peccatum meum, & illud cum dolore confitebor. Assirmabo, me contra Cœlum, & contra ipsum peccasse, & per scelus meorum indignitatem non mereri, ut filius sui vocer. Vidisti, Domine, errantem hunc filium ad te reverti; ipse unus majorem attulit in Cœlo letitiam Angelis, atque Beatis, quam attulerit iustorum nonagintanovem perseverantia. Idem.

Fatendum est, magnam esse vim Demoni, ejusque nequitiam: ingentes ille victorias retulit, plurimosque de corde humano triumphos reportavit; verumtamen vim, potestatemque suam in eos præsertim exercet, qui ab eodem autugere conantur. Quemadmodum præcipiebat Pharaæ, ut Israelitarum filii enecarentur, simul ac in lucem editi fuissent, ita Demon insidias sinit, crudelitatem suam exercere, & mortem illis inferre studet, qui Dei esse filios incipiunt. Eo in statu imbecilliores sunt, minus hostilibus assueti dolis, & tacilius superantur. Sicuti Pharaæ videns populum Israel ex Agypto abeuntem suas collegit copias, eumque ad Erythraei maris oras persecutus est, ut ille hinc quidem se validissimo circumventum exercitu, inde vero rubro concludum mari conficiens, quo in statu mors evitari nullo pacto posse videbatur, perterritus Moyses jugularet, & ad vincula, servituteque rediret: ita Demon, ubi videt animam augumentem, illi repræsentat quiddam majorem ceteri horrorem

Desideria exempli Pro-mavit, & ibo ad Patrem meum.

Ex manuscripto sermone.

Desideria exempli Pro-mavit, & ibo ad Patrem meum.

Desideria exempli Pro-mavit, & ibo ad Patrem meum.

Desideria exempli Pro-mavit, & ibo ad Patrem meum.

Desideria exempli Pro-mavit, & ibo ad Patrem meum.

Desideria exempli Pro-mavit, & ibo ad Patrem meum.

Desideria exempli Pro-mavit, & ibo ad Patrem meum.

Desideria exempli Pro-mavit, & ibo ad Patrem meum.

Cur velle Deum, ut peccata excusetur.

Cur velle Deum, ut peccata excusetur.

Cur velle Deum, ut peccata excusetur.

Cur velle Deum, ut peccata excusetur.

Cur velle Deum, ut peccata excusetur.

Cur velle Deum, ut peccata excusetur.

Cur velle Deum, ut peccata excusetur.

Cur velle Deum, ut peccata excusetur.

Cur velle Deum, ut peccata excusetur.

Cur velle Deum, ut peccata excusetur.

Cur velle Deum, ut peccata excusetur.

Cur velle Deum, ut peccata excusetur.

valet; potestatem, quae eandem perdere valeat, armata iustitiam, altissimam abyssum, ubi ignes aeterni succenti sunt, nequissima scelera, quae ad Dei Tribunal validis accusationibus se delaturum minuitur. Videtur hinc nulla animae relinqui spes augendi, ac tutius esse ultra ad Dæmonis obedientiam redire, quam indefinenter in illi terrore torqueri. Sed animos non despondit Israel; clamoribus suis Caelum penetravit, & Deus suam potestatem ostendit. Inimici interiorum in mari, & in ulteriori litore Israel gratiarum actionis canticum cecinit. *Desumptum ex tractatu de conscientia tom. 2. l. 2. c. 1.*

Peccatorum dolor haecadus.

Vides territum poenitentem, plorantem, suspiria emittentem; illum audis enixius Deum flagitantem; undenam haec lacrymae, haec suspiria, haec preces, nisi a spiritu Dei illa efformante? Habet in corde sincerum ob laesam Dei maiestatem dolorem, vividumque peccati sensum, ac satis aptum ad conscientiam excitandum, & cor immutandum; hoc illud est, quod expectat, quod exigit Deus, ut peccatoris miseretur. Anima igitur primum quidem sentit peccata sua; eorum deformitatem, ac divinæ legi oppositionem cognoscit; Ex cognitione hac horrores sensus existit; videtur poena, quam scelera merentur, timerique incipit; ex hoc sensu conscientie tumultus exoritur, propter quem auxilium implorat. Auxilium non alibi, nisi apud Deum inveniri posse cognoscitur; ad illum procumbitur, criminis ingenia confessio adhibetur, coram illo humiliatur. Huius humiliationis motus efficit odium peccati, quod ad perfectiorem dolorem disponit, qui verum Dei amorem complectitur. *Idem.*

Cadaveris horror nos percellit, videmus corpus, cui nonnulli horrida insunt lineamenta, pallidum, livens, immobile, insensibile, frigidum. Multo magis horremus, si illud in sepulcro perpendimus, cuius arsus defluent, sanie, taboque confersum, a veribus iam desolatum. Nemo ethnicus sibi fingere posset humanam potentiam, quae illi motum, calorem, vitamque redderet; cadaveris huius resurrectio Dei opus existimatur. Peccatoris mutationem non miramur adeo: Nihilominus multo magis admirabilis est, & aperitius, quam resuscitati immutatio divinitatem ostendit. Mentene assequimur statum animæ, quæ in lethali peccato versabatur? Nunquid ulla mors hac horridior fingi potest? Mors spiritualis, ideoque mors aeterna, quæ hanc animam imaginem fecerat dæmonis, inferni prædam, spectaculum Dei, ac mortalium oculis abominabile? Quid omnem illi motum versus finem suum abtulerat? Quid illam in tantam infelicitatem coniecerat, ut nulla hominum, nulla Angelorum vis ei salutem, aut solatium posset adferre? Admitemur, tunc tempus Deum mortuos resuscitantem; sed admitemur, benedicimus Deo peccatores resuscitanti: *Liber cui titulus, Remarques sur divers sujets de Religion, & de Morale.*

Fallax dolor, & simulata contritio.

Detestaris, inquis, peccatum tuum, illud odisti; saltem ita credis: sed fortasse falleris hoc tibi perhibens testimonium, & commentitia contritio tua coram Deo nihil tale est, quale tibi videtur. Fortasse magis peccati turpitudine, quam ejusdem nequitia; magis calamitas tibi impendens, quam Dei odium, & indignatio te movent: si hoc verum est, dolor, contritio profus humana. Fortasse ideo erras, quia poenitentiae gratias, quæ sunt in te, cum poenitentia, quæ non est, & conversionis desideria, quæ tibi inspirat Deus, cum conversione tua, a qua maxime distas, confindis: videlicet te jam mutatum, & conversum putas, cum hoc tantum cupias: hoc si verum est, contritio apparens. At visne de hac incertitudine emergere? Nostre vis quinam sis, quin veris semper æquivocis, & suspectis immeritis, vide, utrum peccati occasione relinqueris, *Pater Bourdaloue; sermone de Poenitentia.*

Quænam est facili huius illatio? Quin de Peccatoris conversione iudicium seramus ex fructibus poenitentiae, quibus illa probatur, qualia sunt, peccati occasione evitare, bona male parva restituere, illatum scandalum reparare, iudicamus ex his, quæ maxime sunt ambigua, & quæ majorem speciem præferunt, quam habent soliditatem. Intueri vellent, ut olim, peccatores in cinere, & cilicio humiliatos, jejuniarum austeritate ad maciem confectos. Præclara quidem species; sed species dolosa, si inermis, atque ante cætera naturalibus charitatis, & iustitiæ officiis satisfacere non conatur. Has disciplinae regulas quas mitigare temporum de-

cursum e re censuit Ecclesia, adhuc vigere vellent; & ego quoque vellem: sed cum hac essentiali conditione, ut fundamentales, & essentielles leges, a quibus neque Ecclesia, neque Deus ipse dispensaverunt, observarentur; ad quas tamen ne animus quidem advertitur: eo quod Pharisaico ducti spiritu in ipso poenitentiae cortice hæremus, & ejusdem veros fructus relinquimus. *Idem.*

Peccator, qui sincere ad Deum cupit reverti, quas sibi consolationes, quæ solatia pollicere potest? simulac dolore afficitur, amorisque effundit lacrymas, undtio secreta ipsum læticia cumulat: contritissimus, ac plorans prope aras voluptates percipit longe suaviores illis, quas per vivendi licentiam quasi verat. Cum robore suffusus, sevisque læticiis simulacris coram Crucifixo suo cor contritum effundit, interior percipit gaudium, quod mitigat, & ad cicatricem vocat vulnus animæ suæ illud aperiens, atque exacerbans, si in poenitentia adeo solida nanciscitur solatia; quanta demum erit illius consolatio, ubi innocentiæ iustitiam reparaverit? Si sese offerens Deo tamquam inimicum, & iustitiæ illius severitatem metuente tranquillæ conscientie bonis perficitur; quantum erit pax animæ suæ, cum accedet ad Deum tamquam amicum, & gratiarum illius suavitate præventus? Si tanta miseratione, o Domine, rebellem recipis servum; quanta bonitate recipies obtemperantem filium, & ad officium suum revertentem? *Idem!*

O me beatum si nunquam Deum coegisset, ut suam mihi auferret amicitiam! si nunquam peccata parastem, quæ me illius indignationi obijecissent! Me mea fidelitas fortitudine, & læticia adimpleret; summa cum tranquillitate virtutis dulcedine fruere; nihil mihi esset reliquum, nisi ut cum conscientia semper iucundior in viam salutis progredere; innocentiam meam vendidit invigilarem; quin distaberet, & me pederet iactura illius, quam passus sum, non teneatur cor meum poenitentia læ amaritudinem cum voluptate charitatis miscere: Deum meum diligere, & ad eo petere non debere, ut oblivisceretur, quod non semper ipsum amaverim. Sed o summam amabilis Dei misericordiam, quæ tanta affeci contumelia; ipse peccatum meum mihi in bonum convertit! Fortasse præclarissimis clementiae ipsius testimoniis minime afficeret; nisi mihi pepercisset eam bonitate, quæ omnino eram indignus. Lacrymas effundo, dolore conficior: lacrymæ, dolorque meus eos mihi sensus inspirant, quos pure de charitatis ejusdem excessu concipio. Tetendit ille manum in nico suo; eum recepit, illi blandius est, eumque beneficiis suis cumulavit. Post tantum perfidiam scelus aliquid simile expectare potuissim? Præstolari dignatus est, ut in me revertere, ad se rediturus. Lapis me recordatio meam vigilantiam, meumque in ipsius servitute fervorem citat, fortasse minus fideliter eidem hærerem, si non me perterruisset infelicitas mea, quæ ab eodem secessi; horrore periculi, e quo tandem evasi, manet mihi alta mente repositus, ut deinceps majori cum attentione ea persequar, quæ mihi ad salutem sunt necessaria. *Liber cui titulus, Remarques sur divers sujets de Religion, & de morale tom. 3.*

Si verum est me post vitam homine Christiano indigne transactam, certum iniuste consilium mentis corrigendi, cœlumque lucrandi; incepti odisse ea, quæ diligebam; querere, quæ metuebam, diligere quæ perhorrescebam, cupere, quæ contemnebam. Tandem enim si vitam mutavi, si mores, si sensus; ideo non sunt amplius eadem, affectus alias regulas habent, obiecta, quibus distineor, alia sunt ab illis, quibus antea vacabam. Si ad eundem finem semper contendere, si eodem motu sentio, si ea facio, quæ facere consuevi, nequaquam meam conscientiam illud, cum fallax mea conversio fuerit. Idem sum peccator ac olim, nisi fortasse nocentior, eo quod mihi metipsum fucum facit. *Idem.*

Sanctissimam legem tuam Domine perfergi, desepi maiestatem tuam, deseci ab auctoritate tua, oblitus sum amoris, omniumque gratiarum tuarum, ut abjectissimum creaturam tibi præferrem. Illatam tibi injuriam quomodonom exprimerem potero? Immortales tibi ago gratias ob veniam, quam mihi elargiri dignatus es: reus enim exiti gravissimi sceleris, quod mortalium omnium ingrattissimus, atque nequissimus committere possit. Vis, ut lacrymæ meæ coram te me certum faciant, cordis mei vulnus per illas ad cicatricem redactum esse,

Lacrimæ, & solatium peccatoris vere convertit.

Veræ conversionis indicia.

esse, ac per illas mihi ea omnia restituta fuisse bonas, quibus iustissime a te fueram exutus! Attamen bonitas tua, o Deus, peccati mei horrorem nequam delectat. Infamia mea non opponit quidem amplius ob oculos tuos; sed memoria mea revocat illam ad meos, & nunquam illius abjicit imaginem mihi animo alto inhærentem; atque poenitentia mea insigne erit testimonium ignominie, quæ mihi in omnem adhaesisset æternitatem, nisi tu mei miserus fuisses. *Idem.*

Insidium & projectus contra bonos peccatoris.

Primum quidem, Sanctus Prosper ait, peccator incipit de se conqueri, & sui ipsius traditio afficit: Peccator jam sibi displicere incipit; incipit, inquam, suam miseriam, & corruptionem cognoscere, eaque cognito ipsi desiderium inspirat inde emergendi; sentit vulnera sua, & curari vellet: *Ut sanctus deperat; inde seipsum diligentiori excutit examine, secretiores conscientie suæ sinus scrutatur, cor suum atollit ad Deum; & quemadmodum scit illum unum operari posse suam curationem, & conversionem, confugit ad ipsum, ut idem perficiat, quod ipsius misericordia inchoavit. Pater de la Rue, sermone pro feria sexta post secundam Quadragesimæ Dominicam.*

Statim ac perfecte conversi cupimus, volumus, & non volumus, & quod volumus, ignoramus: ne enim vera sapie nihil minus volumus, quam quod nos velle simulamus. Cum Deo parcius agimus, aliquid semper retinemus eorum, quæ nos eidem daturos spondimus; illorum, quæ petit ex nobis, ambigimus, veremur, ne nimis eidem tribuamus. Proh Deus! quidnam veremur? veremur, ne nosmet penitus tibi tradamus! non quid persuasum nobis non sit, nobis maxime utilitatis futurum; sed hoc citra laborem fieri non potest, ac nos pigeret omnia perripuisse vincula, quibus modo adhaeremus, nobisque factis esse aliqua confringenda. *P. Croiset, in primo tomo Recessus spiritualis.*

Noxæ, ac effectus perfectus conversionis.

Conversio, quæ sit per poenitentiam, novum est vitæ genus, quod peccatorem immutat, quod poenitentia passiones iucundas efficit, & causa est, ut una Cæli via amabili, & una aeterna felicitas desiderii sui digna videatur. Hic novus est amor, propter quem odimus, quod magis amabamus, & amamus, quod oderamus; hic efficacior dolor est, propter quem in corde nostro mortua spes revivifici, fides extincta rursus accenditur, nova charitas reprodicitur, ac pro præterito perennis stimuli, pro futuro tempore recens fervor nobis inspiratur; propter quem pro salute nostra semper contremisicimus, ac timemus, ne satis nunquam nobismet consulerimus, ut peccatum effugeremus. *P. Massillon sermone pro feria 3. Paschatis.*

Non petit a vobis Deus, ut efficiatis, ut iniquitas vestra commissa non fuerit; alioquin id peteret, quod fieri minime posset: vult solum, ut oderitis peccatum vestrum, & hanc vobis methodum offert, ad hoc efficiendum. Revocare præteritas actiones, prævaricationes abominabiles cum omnibus circumstantiis, quæ majori odio dignos vos efficere possunt; horribilem earum imaginem vobismet exhibet, atque mentem scelerum vestrorum ideis referant habentes, finite cor vestrum operari: inde enim detestatio peccati maxime digna oboritur. Memini, intra vobismetipsum dicitis, cum me eo uoque rapti passus sum, ut Deo meo obedientiam detrectarem. Sensi gratiam, & rationem appetentem in me, illi restitui: cumque prævaleret cupiditas, assensum præbui sceleribus, quæ sanguine meo vellem delere. Antehac peccatum nonnulli sub jucunda voluptatis imagine, quæ illud concomitabatur, adspexi: hodie vero illud in seipso conspicio, ejusque turpitudinem, atque deformitatem intueor. Quidnam æquius esse potest, Fideles, quam teneri odisse, quod fuit causa nostræ infelicitatis, & abominari, quod vere odio dignum est? *Sermo manuscriptus Parisiæ Carvæ.*

Peccata hodie ad poenitentiam conversionem non subsistit.

Nihil facilius, quam lacrymis prosequi temporales iacturas, fortunas everlas, licet amissas, & calamitates, quæ nobis acciderunt. Nihil hoc naturalius, nihil hoc vulgarius. Ad hujusmodi iacturas defendendas inexhaustus lacrymarum fons in oculis, suspiriorum acervus in corde nostro invenitur, sed ut ploremus quomodo oportet, & veram poenitentiam faciamus, nosmetipsos sincere odisse opus est: quod tamen ipsum nondum factis est: hoc enim operis est dimidium; sed in hoc nostrum metipsum odio amor Dei statuens est. Satis non est dolere, sese mortificare, ære, atque omnia propria negotia abjicere; ad hæc, omnia referenda. *Houdry Bibl. Tom. 1.*

da sunt ad Deum, nihilque nisi propter ipsum faciendum. Quemadmodum in statu peccati omnia ad nosmetipsos tamquam ad finem, terminumque refereremus; in conversione omnia sunt ad Deum referenda. *Pater de la Rue sermone de S. Maria Magdalena.*

Fideles, qui ad poenitentiam gratiam contenditis, vel qui saltem eam desideratis, duo hæc principia rite simul conciliate: odium vestri; & amorem Dei: Poenitentiam veram non facit, nisi amor Dei, & odium peccati. Odium autem sui, & Dei amorem voco, præferre Deum, & rebus omnibus, & sibi metipsum; hoc enim est deferere omnia bona sua, omnes voluptates, & quidquid Dei amorem velextinguere potest, vel imminuere. *Idem.*

Hodierna die mortales inter ceteros micare student, sibique famam comparare; & quemadmodum non desunt peccatores infignes, ita adfunt quoque infignes poenitentes, qui conversionis suæ tantum rorem elicere cupiunt, quantum suis fecerit sceleribus. Verum conversiones hujusmodi inane tantummodo præferunt speciem, hominesque fallunt, non placent Deo. De illis loquor, qui propter necessitatem convertuntur cum ætatis lux decor illos impellit; qui peccatum relinquunt diu postquam a peccato relicti fuerunt, & quibus satis est, si mundo moriantur, corpore jamjam morturo, sed illi semper inhærent animo. De illis loquor, qui ideo peccata relinquunt vel eo, quod eorum jam peritum est, vel ex quadam ingenii libidine: de illis loquor, qui ob politicas rationes, atque ob utilitatem suam convertuntur, ut populi plures auceperentur, & eam sibi capient exultationem; quam virtus impertit; ad Deum euntes, ut facilius ad se homines trahant: de illis conversionibus simulatis loquor, ad quas tamquam ad delicatissimum, tutissimumque prætextum tot mortales confugiant, qui Deo contra Deum ipsum abutentes sic fabricam quarandam virtutum integumentum vera scelera abscondunt. Id genus homines coram hominibus salvi fiunt, coram Deo reprobantur: infelicissimi, quod in hoc mundo quidem inutilis poenitentia poenas, in inferno autem eos patienter cruciat, quos ipsorum hypocritarum, & peccata merentur! *Essai de sermons pro feria 6. post primam Quadragesimæ Dominicam.*

Verum est, Domine, me uti ignorasse felicitate mea, qua creatus fui, ut effem tuus; erravi ab ea via, quæ me ad postremum finem meum deducebat, neque volui sublequi vocem Pastoris optimi, a quo vocabar; sed fateor, & stetu prosequor errores meos. Quantumvis infidelis fuerim, hoc tamen factus est, ut sperem futurum, ut tua mecum utaris misericordia. Tu Domine, dilexisti me, cum te minime diligebam, cum etiam nihil reliquebam intentatum, ut te cogerem, ne me diligeres: tu me quævisisti, tunc etiam cum longe fugiebam a te. Quid ergo? cum modo te anare velim, nunquid repellat? Cum te inquiram, nunquid fugies a me? Hoc cogitare non possum, o Domine, in Patre, in Salvatore, in Deo, qui adeo bonus, & misericors est: & quandoquidem hæcenus tantum patientia habuisti, ut ferres errores meos, spero, tantum tibi lenitatis futurum, ut mihi parcas. *P. Croiset in Recessu spirituali tom. 1.*

Contritio, quam potens es, quandoquidem vincis invincibilis; Deo exercitum fulmina auferas, & facis, ut JESUS CHRISTUS in animam descendat? S. Chrysostomus inquit: Contritio perfecta quam potens es! quandoquidem tibi nihil resistit; deles non solum culpam, verum etiam poenam sceleribus debitam; ita ut si anima suprema hoc dolore percita repente a poenitentis corpore divelleretur, recta in Cœlum contenderet. Sed me miserum! Quam rara est hæc adeo perfecta contritio! ubinam illam hoc seculo reperimus? Deus unus illam cognoscit, & hæc aliquando in quibusdam sanctis adeo vehementer extitit, ut præ dolore ad plures abierint. *Joly in prima propositione de Jubilæo.*

Quo maxime interest in eo, quod suscepimus nosmet convertendi, nosque Deo profus devovendi consilio, nequaquam nutare, atque tepescere. Maxima animi constantia, & inconcussa firmitate triumphus referendus est de omnibus oppositionibus, atque ignavorum hominum irrisionibus, qui adeo nobili, & Christiano consilio adversantur: hæc enim firmitate, atque constantia palam ostendimus quod conversi desideramus. Nihil infrequentius est hoc sincere, veroque desiderio, hæc plena, sinceraque nosmet Deo devovendi voluntate. *Tit. 2.*

Veræ conversionis vis, æque potestas.

te. Hoc volumus, & hoc rursus minime volumus. Cor sibi metipsum infidele imponit sibi, & se velle credit, quod minime vult, & si mortalium plerique sinceri essent, ac veram animæ suæ dispositionem intelligerent, eorum quilibet affirmare posset de se, quod Augustinus ante conversionem suam de seipso dicebat. Deum quidem orabam de eo, de quo eundem exorare nequaquam optabam. Ita voluntas nostra dividitur, atque desiderii prorsus oppositis seipsum oppugnat; hinc quidem sese ad Deum attollit, inde vero in infirmitatem, & prava studia dilabitur, quam Sanctus hic Doctor appellat voluntatem, parte assurgente, cum alia parte cadente, luctantem, quod illa facere profecto nequit, nisi valido præsidio suffulta. P. Champigni. Sermo de Spirituali cecitate.

Contritio, & dolor ob Deum læsum, in quo proprie peccatoris conversio consistit, debet esse supernaturalis; videlicet actus omnes illum componentes, veramque penitentiam efficientes, esse non debent virtutum naturæ effectus; sed illos Spiritus Sanctus gratiæ suæ lumine, atque auxilio in nobis excitare debet; cumque illos excitaverit, nobiscum producere. Hoc sacra litteræ sæpe nos docent, affirmantes, penitentiam esse Dei donum, eamque ab ipso petendam cum Hieremia: *Converte me, Domine, & convertar; postquam enim convertisti me, ego penitentiam.* Converte me Domine, si vis me converti: quomodo enim penitentiam agere poterit, antequam tu mihi ejusdem sensus inspires, & gratiæ tuæ subsidia ad eam efficiendam mihi præbeas? Est sane cum hi actus penitentiae sine postrema ad peccatoris justificationem, & gratiam, quæ sanctificans appellatur, dispositio, esse debent ordinis ejusdem, ac gratiæ ista, quæ omnino supernaturalis est. Si enim naturales essent, peccator posset ex semet, propriisque virtutibus extremam justificationem suam dispositionem asserere; ideoque conversio ejusdem absolute ab uno illo penderet, quin sollicitudine cum humilitate, fletu, lacrymisque a Deo illam teneretur exposcere, tamquam donum Dei; ac divinæ miserationis effectum: quamquam ipse non sine nobis nunquam convertat, abique eo quod gratiæ illius motum sequamur, P. Gégou libro, cui titulus: *Usage de Sacrament de Penitence.*

Verè conversio non est.

Si queramus ex S. Paulo, quid sentiat de verè conversionis indicis: utrum necesse sit, ut peccator per omnimodam extinctionem eorum, quæ Deo possunt displicere, mortuus sit omnibus terrenæ vitæ desideris: dicit ille: *nihil ergo damnationis est tuis, qui sunt in CHRISTO JESU.* Ad Rom. 8. Opus fignit est, ut veterem hominem omnino exuamus. At opusne est ut illum omnino exuamus, quin ne ulla quidem reliquia supersit? Ita sane; neque putetis conversionem pati posse vitium aliquod, vel aliquam peccati affectionem: *Deponit, & vos hominem.* Vult quia vel unius ratio habeatur, forti, generoseque constantia hæc omnia vincula abrumpi vult, hæc esse totius in totum aliud mutatio, & nostram conversionem talem esse, ut de penitente post ipsam conversionem dici possit, hic antea impurus erat homo, non aliquid habebat numen præter ventrem, uti loquitur Apostolus, modo vero omnes sensuum voluptates perhorrescit. Pater Antonius a Porta in libro, qui inscribitur: *Les Conduites de la Grace sur la Conversion de Pecheur. Quinta veritate fundamentali.*

Hæc sese convertendi voluntas absoluta esse debet; infirmæ voluntates illæ, quæ *voluntates* vocantur, non sufficiunt; harum infernus refertissimus est, & illæ mortuos, atque calamitosos, non autem penitentes possunt efficiere. Infirma hæc peccati fastidia, infirma hæc erga bonum studia, nos morari possunt, & fallere, sed nunquam justificare nos possunt. Satis non est dicere: ego vellem, dicendum est: ego volo, & id, quodcumque mihi advenisset, nihilominus faciam. Velleitates sunt conditionales voluntates, quæ nihil producant, quippe quæ necessariam conditionem excludunt: hoc est, peccatum relinquere, nisi voluptas mihi esset relinquenda, & alienum bonum restituendum: O infirmam voluntatem, quæ contradictionem involvit! Ego vellem: hoc est, Deus assatibus suis me urget, ut a peccato recedam; & donec eidem obducor, gratiæ motus pro libertatis mee motibus, sensus pro consensibus, inefficacia conversionis desideria pro ipsis conversionibus accipio. Ita frequenter alios decipimus, postquam nos ipsos deciperimus. Pater Nepveu tom. 1. Considerationum Christianarum.

Ex S. Augustini sententia oculi Dei duplex hominum genus pati non possunt: eos, qui plorant, quod plorari non debent, & eos, qui minime plorant, quod amarissimas, diuturnasque lacrymas meretur; qui dolent, atque gemunt propter temporalium bonorum lætaram, & qui nullo dolore afficiuntur, quod bonorum æternorum possessione excidentur; eos demum, qui solliciti sunt, ac selesquent, propter ea, quorum lætaram, quodquid contentur, moveantque, reparare non poterunt, & eos qui superficiali dolore contenti per veram, sinceramque penitentiam negligunt ea sibi acquirere jura, a quibus sanctitatem deciderunt, & quorum possessionem sibi certam facere possent, si ea præstarent, quæ requiruntur ad eorum fructum iterum sibi comparandam. Desumptum ex Dictionario Morali.

Ex Patrum, Theologorumque sententia peccatoris conversio magis est admirabilis, quam universorum Creatio. In primo opere creavit Deus, quod non erat, & nihil ejusdem restitit voluntati; in altero Salvator reparat, quod amissum erat, & omnis improbitas gratiæ restitit: in primo solum Dei verbum invenit obedientiam in nihilo, & in omnibus creaturis, quæ illius praverunt imperio, ut mundus hic perferretur; in altero Salvator loquitur, & sæpe non auditur; vox sanguinis sui contemnitur, & homines Domino suo rebelles suas etiam utilitates despiciunt. Ipse nihilominus consilium suum ad perfectionem usque deducit; peccatorem justificat; efficit, ut regnet gratia, ubi peccatum triumphaverat; mortuus reusitificat animas, atque in ipsas introducit gratiam. Quemadmodum olim in primi hominis corpus infudit animam, & Scriptura narrat infusisse Deum in faciem Adæ, ut eidem vitæ, & gratiæ spiritum inspiraret; similiter cordibus Fidelium spiritum penitentiae, qui quidem mortis suæ fructus est, & vitæ eorum principium, Salvator inspirat. Ex tractatu de penitentia de Bellefont.

Docent Sancti, penitentiam ad mortem usque esse producendam; peccatum tantum esse malum, ut credi minime debeat, ipsum expiari posse dolore, qui vitæ diuturnitatem non æquet, & Deum nobis parentem remittere nobis ejusdem plorandi obligationem. Hinc existit discrimen illud, quod inter Sandorum, & Peccatorum aliorum penitentiam deprehendimus. Quamquam Sancti pro peccatis suis satisfaciunt, nunquam tamen satisfaciunt dolore suo; lacrymis prosequuntur peccata, oderunt illa, fugiunt, ac semper metuntur; alii vero e contra eorum memoriam statim abiciunt, quo minus eorum pondus percipiunt, eo facilius de impetrata ventis sibi persuadent, & huic opinioni insistentes in fallaci tranquillitate vitam traducunt. Ex libro, cui titulus *les souffrances de JESU CHRIST.*

Non deest inutilis penitentia, quam Patres Penitentiam mentis appellant, hoc est desiderium, & consilium quoddam penitentiam agendi. Nemo adeo impius peccator est, qui perpendens vitæ suæ nequitiam, tunc estque effectus scelerum suorum, converti minime cogitat, atque id se facturum proponat; sed illius penitentia in mente tantum est, non in corde; se velle credit, quod minime vult, seipsum primum fallit, atque existimat se prorsus esse mutatum. Joly in Propositionibus suis.

Ut redeamus ad Deum, atque in veritate convertamur, a spiritus mutatione initium sumendum est: *facite vobis spiritum novum.* Opus est, ut peccator ex mandato illuminato cæcus fidelis fiat; hoc est penitus debet exuere fallacem carnis, sanguinisque sapientiam, omnia amoris proprii abicere præjudicia, neque præbere ulterius aures inanibus seductæ, deceptæque rationis prætextibus. Peccatum ipsum non nisi oculis fidei spectare debet, quæ ejusdem omnem detegit enormitatem, & ostendit injuriam infinite illatam majestati, & ob oculos ponit æternam, quæ sibi promeruit, supplicia. *Essais de sermons pro quarta Dominica Adventus.*

Cum lumen divinum paulatim sese in animam infuset, velum auferitur, & fascinum dissipatur; detegitur errorum, quo hæcenus Deum, creaturam, animamque suam prospexerat. Divina iustitia sese terribilem oculis ejus ostendit; terrenarum rerum vanitas, creaturarum brevis duratio stuporem injiciunt; universa mundi facies pro ipso immutatur, omneque inane imagines evanescunt. *Præterit figura hujus mundi.* 1. ad Corinth. 7. Seipsum non cognoscit amplius, sibi metum monstrum videtur; non intelligit, quomodo esse poterit id quod fuit; vel

Genitur, & suspensa peccatis tantummodo delectis impendenda.

Peccatoris desolat vitam omnem deturbat.

Quid in nobis conversio vera operetur.

quomodo evaserit, id quod est: gratia illum rationi eripit, & fides spiritui. *Ibidem.*

De conscientia, sicut loquitur conversio sibus.

Cum de Conversione loquor, procul absint mente vestra homines illi, qui non nisi acti necessitate convertuntur, cum ipso proceditor ætas impellit; qui a peccato relinqui fuerunt, qui de Deo non cogitant, nisi cum eos mundus cogit, ut ipsum abdicent mundum: procul sint a cogitationibus vestris conversiones illæ, quæ propter secretum aliquod tedium fiunt, quod efficit, ut quidam vitiis fatigati ab illis ad aliquod tempus abstineant, & se putent converti, Deo tribuentes quædam tedium suorum intervalla &c. *Ibidem.*

Infirmi vultu memet aptare non abnuo: *Humiliter dico propter infirmitatem vestram,* ad Rom. 6. per me vobis liceat frequentibus temperare lacrymis, quibus peccata vestra debetis abluere; at simul dico, illis etiam temperandum esse, quas quotidie leves ob causas effunditis. Quid? ubi rerum hujus mundi lætaram patimini, gemitis; & cum salutis vestræ lætaram facitis, non ploratis? Cor vestrum suspensa suppeditabit, ut amici mortem prosequamini, negabit autem, ut eandem animæ vestræ mortem desiteat? Nisi peccata vestra desiteat; veto, ne pro alia qualibet re ploretis; idque veto, quod hoc vestræ etiam interest conscientie. *Formidantes.*

Difficultas periculi conversio.

In hac mutatione non deest magna difficultas, & labor. Inde infuisti illi motus, affectuum cum ratione certamina, prælia nature cum gratia, quando recedere debemus a creaturis, quibus fortiter adhaeramus; quæ quidem prælia belle nobis S. Augustinus describit, ac quippe in corde suo fuerat expertus. Quos tumultus non gignunt violenti conatus illi, qui hominem omnino immutantes Dei Regnum in ejus corde constituunt? P. Nepveu tom. 3. Considerationum.

Si serio convertimini, omnia corrupti sæculi dogmata debetis abicere: ac nullo in pretio mundum, ejusque illecebras habere. Nulla vobis esse debet pro illis pompis ambitio, nullum pro illius vanitatis desiderium: nulla curiositas, nulla zelotypia, nisi ut illius amorem promeremini, qui unice meretur amari. *Ibidem.*

Scriptura de homine converso tamquam de nova creatura loquitur: profecto enim admirabilis in regenerato homine renovatio producit. Hic enim non est amplius ille, qui erat; est homo alius, & nova creatura: omnia in ipso mutantur, nihil vetus in ipso dignoscitur, & quacumque ex parte inspicitur, nova persona deprehenditur. Alii illi sunt oculi; peripicæ, vividique oculi fidei oculos ipsos penetrantes, ac celestia veritatis lumina, divinumque sanctitatis, & virtutis decorem scrutantes; videntes invisibilia, & tamquam præsentia ea quæ remota sunt, inspicientes. Alias habet aures: aures attentas, & obediennes, quæ oblectantur Dei verbum audire, & quæ sedulo ocelli oculum auscultant, ut illa retineant. Alium habet guttorem, quo spiritualium deliciarum saporis percipit: alios habet sensus, aliosque motus ab iis, quibus consueverat. Timor illius est, ne peccet, & lædat Deum; ira, zelus est pro Domini gloria; tristitia, dolor est peccatorum; gaudium, conscientie pax; amor, charitas erga Deum, & proximum; odium, horror vitii: spes, bonorum æternorum expectatio; exercitationes, pietatis opera; solatia, Dei laudes; vita, iugis pietatis exercitatio. Diceret naturam illius omnino esse immutatam. *Recens. Auctor.*

Verè conversio difficultas.

Hæc mutationes gratiæ non sunt fructus diei unius, Cum fortis armatus semel cordis possessionem adierit, non nisi summa expellitur cum difficultate; Dominus rapibus insistentibus in ventura statu, nequam erexitur; *Dæmon* in anima regnans nequam credit sibi primum conatum exerit, ut illum eiciat. Similiter gratia in corde non statim confirmatur: lentius tunc illius progressus, & sensim opus sumum ad perfectionem adducit. Affectus nostros impugnature debemus, & cum salutis nostræ inimicis configere, &c. *Desumptum ex manuscripto sermone.*

Desiderium, quod peccator intra seipsum sentit, sese convertendi, & ad Deum redeundi, nunquam inspicione vacare debet, nisi in ipso deprehenderit notas quasdam, quæ vitæ spiritualis magistri solent inquirere. Quamplurimæ enim sunt simplices velleitates, quæ pro veris desideris capiuntur, quæ tantum abest, quod nos justificent, ut quinimodo nos efficiant nocentiores. In primis autem oportet, ut hoc desiderium contrito cordi inspiret celestia-

tem ad conversionem, quam primum aggrediamur: constantiam, ut in consilio inito firmus persistat; fortitudinem, ut quilibet audeat amissam gratiam recuperaturus. Cum de penitentia suscipienda deliberatur, Sanctus quidam Vir ait, nondum conversio facta est; conversio, ut plurimum opus est felicium momentorum, quibus Spiritus Sanctus repente animam illuminat, & vividam in eam telum contorquet, quo confoditur, & vulneratur. Ita est: si serius vel uno momento insignis ille penitens fuisset conversus, factus fuisset obduratissimus peccator. Præter hanc promptitudinem peccator ad penitentiam evocatus firmitatem habet inconcussam: oculis suis stetur indicit, quo reliquo dieum suorum spatio transeat vitæ ablut flagitia; assiduis angitur sollicitudinibus circa præsentem vitæ suæ statum, & pro futuro sibi indigentissime cavet. Hoc denique desiderium non vulgaris fortitudo comitatur, saltem nullus videtur sanctus, cui hæc non adhaeret. Augustinus inquit consilium servandi Deo suo, eumque diligendi? Illam quocumque pretio quesivit, nihil ipsi videtur impossibile; timiditas ejus evanuit; immutata in summam intrepiditatem, quam ipsi etiam attulit admirationem. *Ex manuscripto Stephani Chamillard.*

Peccatoris mutatio esse debet præferentiam in corde.

Quoniam nulla est ibi vera conversio, ubi nulla interior mutatio, opus est, ut cor nostrum mutetur. At quoniam modo diligit, quod olim oderat; oderit, quod olim unice diligebat; querat, quod olim fugiebat, & ardentem ea persequatur, a quibus olim abhorrebat: itaut totum cor nostrum junctum, separatam, ac divulsam sit ab iis, quæ ipsum in peccatum rapiabant, ut Deo uni proxiis adhaeret. Nonne verum est, ut remedium suum obtineat effectum, applicandum esse ibi, unde malum procedit? Nonne hæc una ratio est efficaciter morbum curandi? Hoc sane si desit, nulla salus speranda est. At cor peccatoris totum peccati infectione contabuit: illud unica fuit nequissimum omnium scelerum origo; omnia flagitia ex corde tamquam ex fonte dimanant, quemadmodum Dei Filius inquit. Cum igitur cor sit fons omnium malorum, opus est, cordi remedium applicari. *Cheuart Doctor Sorbonicus in sermonibus suis.*

Cum aliquis verè conversus est, postquam illum tetigit Deus, opus est, ut cum Sancto Paulo dicere possit: *Continuo non acquiesci carni & sanguini,* ad Gal. 1. Statim ac me Deus ad se convertit, carnis, sanguinisque desideria non amplius consenti, Ita peccator dicere debet: olim facilis eram ad iracundiam, cum aliquid fieret, vel diceretur, quod mihi displiceret; promptus eram ad iudicium de rebus omnibus ferendum, ad resistendum, & contemnendum; negotiis meis nimia sollicitudine urgebar, ægre ferebam eos, cum quibus mihi ire erat, & minima qualibet res me summopere angebat. Verum ex quo me tetigit Deus, non consenti ulterius omnibus iis desideris, quæ Apostolus carnem appellat, & sanguinem: acquiescere enim juxta S. Pauli locutionem carni, & sanguini, est moveri adhuc rationibus humanis, atque consanguineorum, & affinium causa operari. Quos verè tetigit Deus, hi non habitum solum, verum cor etiam immutant; non sermones solum, verum etiam sensus, & cogitationes. *Libet cui titulus. Instru. Chretiennes de. pro vigesima tertia post Pentecosten Dominica.*

Nemo unius fidelis est, qui ignoret minimum quodvis lethale peccatum æternam mereri damnationem, & quot peccata patrantur, totidem esse mortis æternæ sententias, quas quicque contra seipsum pronunciat. Verum est, penitentia, cum ingenua, & sincera est, sententias omnes deleri, & antiquari: verum quemadmodum nemo certo scire potest, utrum odium, & dolor peccatorum suorum, & propositum ulterius non peccandi talia fiat, qualia requiruntur; inde sequitur, dubium semper esse de validitate penitentiae, ideoque semper ambigendum, utrum in gratiæ statu simus, vel secus. Quomodo igitur ulla pace fieri potest fidelis, cum tot peccata commiserit, & totidem æquissimis sententiis morti fuerit addictus? In hac autem incertitudine quomodo potest non indesinenter mœnere, & contremiscere? Nemo scit, utrum amore, an odio sit dignus; quam formidabilia hæc verba sunt. S. Bernardus exclamat! In singula momenta mori possunt, & si peccata mea mihi dimissa non fuerint, de me actum est in æternam! Verum non deest nobis opportuna consolatio: unicuique tantummodo suspensum requiritur, & sincera penitentia ex corde, quod